igne me examinasti et nõ est inuēta in me iniquitas.
- Ut non loquatur os meum opera hominum:  
pp̄t̄ v̄ba labioꝝ tuoꝝ ego custodiui vias duras
- Perfice gressus meos in semitis tuis:  
vt non moueantur vestigia mea.
- Ego clamaui qm̄ exaudisti me **DEUS**:  
inclina aurē tuā michi et exaudi verba mea.
- Mirifica misericordias tuas:  
qui saluos facis sperantes in te.
- A resistentibus dexteræ tuæ custodi me:  
vt pupillam oculi.
- Sub vmbra alarum tuarum protege me:  
a facie impioꝝ qui me afflixerunt.
- Inimici mei animā meā circūdedeꝛūt:  
\* adipe suo concluderunt:  
os eorum locutum est superbiam.
- Proficiētes me nunc circūdedeꝛunt me:  
oculos suos statuerunt declinare in terram.
- Susceperūt me sicut leo paratus ad prædā:  
et sicut catulus leonis habitans in abdittis.
- \* Exurge **DOMINE** p̄ueni eos et supplata eos
- \* eripe animam meam ab impio framea tua:  
ab inimicis manus tue.
- DOMINE** a paucis et fra diuide eos in vita eorū  
de absconditis tuis adimpletus est venter eorū.
- Saturati sunt filliis:  
et dimiserunt reliquias suas paruulis suis

- Ego aut̄ in iusticia apparebo cōspectui tuo:  
satiabor cum apparuerit gloria tua

xvii. **Seruo domini dauidi**

- 1 **D**iligā te **DOMINE** fortitudo mea:  
domin⁹ firmamētū meū et refugiu meū:  
et liberator meus
- 2 **DEUS** meus adiutor meus:  
et sperabo in eum
- 3 Protector meus et cornu salutis mee:  
et susceptor meus
- 4 Laudans inuocabo **DOMINUM**:  
et ab inimicis meis saluus ero
- 5 Circūdedeꝛunt me dolores mortis:  
et torrentes iniquitatis conturbauerunt me.
- 6 Dolores inferni circūdedeꝛunt me:  
præoccupauerunt me laquei mortis.

<b>Eloha.</b>	In tribulatione mea iuocaui <b>DOMINUM</b> : et ad <b>DEUM</b> meum clamaui.	Et in pressura mea iuocaui dominum: et ad deum meum clamaui.	7
	Et exaudiuit de templo sc̄to suo vocē meā: et clamor me⁹ i⁹ p̄spectu ei⁹ i⁹troiuit i⁹ aures ei⁹.	Et exaudiuit de templo sc̄to suo vocē meā: et clamor me⁹ i⁹ cōspectu ei⁹ i⁹troiuit i⁹ aures ei⁹.	8
	Commota est et contremuit terra: fundamēta mōtiū cōturbata sunt ⁊ cōmota sūt: quoniam iratus est.	Et commota est et contremuit terra: et fūdāmēta mōtiū p̄turbata sūt ⁊ cōmota sunt: quoniam iratus est eis.	9
	Ascēdit fum⁹ i⁹ ira ei⁹ ⁊ ignis a facie ei⁹ exarsit: carbones succensi sunt ab eo.	* Ascēdit fum⁹ i⁹ ira ei⁹ ⁊ ignis a facie ei⁹ exardescit carbones succensi sunt ab eo.	10
	Inclinauit cælos et descendit: et caligo sub pedibus eius.	Et inclinauit cælos et descendit: et caligo sub pedibus eius.	11
	Et ascendit super cherubim et volauit: volauit super pennas ventorum.	Et ascendit super cherubim et volauit: volauit super pennas ventorum.	12
	Et posuit tenebras latibulū suū i⁹ circuitu ei⁹: tabernaculū ei⁹ tenebrosa aqua i⁹ nubib⁹ aeris.	Et posuit tenebras latibulū suū i⁹ circuitu eius: tabernaculū ei⁹ tenebrosa aqua i⁹ nubib⁹ aeris.	13
	Præ fulgore i⁹ cōspectu ei⁹ nubes trāsierūt: grando et carbones ignis.	Præ fulgore i⁹ cōspectu ei⁹ nubes ipsi⁹ trāsierūt: grando et carbones ignis.	14
<b>Elion.</b>	Et intonuit de cælo <b>DOMINUS</b> et <b>ALTISSIMUS</b> dedit vocem suā: grandinē et carbones ignis.	Et intonuit de cælo dominus/ et altissimus dedit vocem suam:	15
	Et misit sagittas suas et dissipauit eos: fulgura multiplicauit et conturbauit eos.	* Et emisit sagittas suas et dispersit eos: et coruscationes multiplicauit ⁊ cōturbauit eos.	16
	Et apparuerunt fontes aquarum: et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.	Et apparuerunt fontes aquarum: et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.	17
<b>Eloha.</b>	Ab increpatione tua <b>DOMINE</b> : ab inspiratione spiritus iræ tuæ.	Ab increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus iræ tuæ.	18
	Misit de summo et accepit me: et assumpsit me de aquis multis.	Misit e summo et accepit me: et assumpsit me de multitudine aquarum.	19
	Eripuit me de inimicis meis fortissimis et ab ijs qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.	Eruit me de inimicis meis fortissimis: et ab ijs qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.	20
<b>Eloha.</b>	Præuenerunt me in die afflictionis meæ: et fact⁹ est <b>DOMINUS</b> p̄tector me⁹.	Præuenerunt me in die afflictionis meæ: et fact⁹ est dñs firmamentū meum.	21
	Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit quoniam voluit me.	Et eduxit me in latitudinem: eruit me quoniam voluit me.	22
<b>Eloha.</b>	Et retribuit michi <b>DOMINUS</b> sc̄dz iustitiā meā: * et sc̄dz puritatē manuū mearū retribuit michi	* Et retribuet michi dñs sc̄dm iustitiā meam: et sc̄dm puritatē manuū mearū retribuet michi.	23
	Quia custodiui vias <b>DOMINI</b> nec impię gessi a <b>DEO</b> meo.	Quia custodiui vias domini: nec impię gessi a deo meo	24
	Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: et iustitias eius non repuli a me.	Quoniam oia iudicia ei⁹ i⁹ cōspectu meo sunt semp: et iustitias eius non repuli a me.	25
	Et fui immaculatus cum eo: et obseruaui me ab iniquitate mea.	* Et ero immaculatus cum eo: et obseruabo me ab iniquitate mea.	26
<b>Eloha.</b>	Et retribuit michi <b>DOMINUS</b> sc̄dz iustitiā meā ⁊ sc̄dz puritatē manuū mearū i⁹ p̄spectu oculoꝝ ei⁹	Et retribuet michi dñs sc̄dm iustitiā meam: ⁊ sc̄dz puritatē manuū mearū i⁹ p̄spectu oculoꝝ ei⁹	27
	Cum sancto sanctus eris: et cum viro innocente innocens eris.	Cum sancto sanctus eris: et cum viro innocente innocens eris.	28
	Et cum electo eliges: et cum peruerso peruerteris.	* Et cum electo electus eris: * et cum peruerso peruersus eris.	29
	Quoniam tu populum humilē saluum facies: et oculos superborum humiliabis.	Quoniam tu populum humilē saluum facies: et oculos superborum humiliabis.	30
<b>Eloha.</b>	Quoniam tu illuminas lucernā meā <b>DOMINE</b> <b>DEUS</b> meus illumina tenebras meas.	Quoniam tu illuminabis lucernā meam domine: deus meus illumina tenebras meas.	31
	Quoniam in te eripiar a tentatione: et in <b>DEO</b> meo trāsgrediar murum.	Quoniam a te eruar a tentatione: et in deo meo trāsgrediar murum.	32
<b>Eloha.</b>	<b>DEUS</b> meus impolluta via eius:	Deus meus immaculata via eius:	33

¶

Elohim ¶  
Sur Elohe  
El.

¶

¶ Sur  
Elohe.  
El.

¶

Mesiah.

¶  
El.

eloquia domini igne examinata:  
 protector est omnium sperantium in se.  
 34 Quoniam quis deus praeter dominum:  
 aut quid deus praeter deum nostrum?  
 35 Deus qui praecinxit me virtute:  
 et posuit immaculatam viam meam.  
 36 Qui perfecit pedes meos tanquam cerui:  
 et super excelsa statuet me.  
 37 Qui docet manus meas ad praelium:  
 et posuisti ut arcum aereum brachia mea.  
 38 Et dedisti michi protectionem salutis tuae:  
 et dextera tua suscepit me.  
 39 Et disciplina tua me direxit in finem:  
 et disciplina tua ipsa me docebit.  
 40 Dilatasti gressus meos subter me:  
 et non sunt infirmata vestigia mea.  
 41 Persequar inimicos meos et comprehenda illos  
 et non conuertar donec deficient.  
 42 Confringam illos nec poterunt stare:  
 cadent subtus pedes meos.  
 43 Et praecinxisti me virtute ad bellum:  
 supplantasti insurgentes in me subter me.  
 44 Et inimicos meos dedisti michi dorsum:  
 et odio habentes me disperdidisti.  
 45 Clamauerunt nec erat qui saluos faceret ad dominum:  
 nec exaudiuit eos.  
 46 Et continua illos ut puluerem ante faciem venti:  
 ut lutum platæarum delebo eos.  
 47 Erues me de contradictionibus populi:  
 constitues me in caput gentium.  
 48 Populus quem non cognoui seruiuit michi:  
 in auditu auris obediuit michi.  
 49 Filij alieni mentiti sunt michi:  
 filij alieni inueterauerunt:  
 et claudicauerunt a semitis suis.  
 50 Tuuisti dominus et benedictus deus meus:  
 et exaltetur deus salutis mee.  
 51 Deus qui das vindictas michi/  
 et subdis populos sub me:  
 liberator meus de inimicis meis iracundis.  
 52 Ab insurgentibus in me exaltabis me:  
 a viro iniquo eripies me.  
 53 Propterea confitebor tibi in gentibus domine:  
 et nomini tuo psallam.  
 54 Magnificans salutes regis ipsius:  
 et faciens misericordiam christo suo dauid:  
 et semini eius usque in saeculum.

\*

\*

\*

\*

eloquia DOMINI igne examinata:  
 protector est omnium sperantium in se.  
 Quoniam quis DEUS praeter DOMINUM:  
 aut quis DEUS praeter DEUM nostrum?  
 DEUS qui praecinxit me virtute:  
 et posuit immaculatam viam meam.  
 Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum:  
 et super excelsa statuit me.  
 Qui docet manus meas ad praelium:  
 et posuisti ut arcum aereum brachia mea.  
 Et dedisti michi protectionem salutis tuae:  
 et dextera tua suscepit me.  
 Et disciplina tua correxit me in finem:  
 et disciplina tua ipsa me docebit.  
 Dilatasti gressus meos subter me:  
 et non sunt infirmata vestigia mea.  
 Persequar inimicos meos et comprehenda illos  
 et non conuertar donec deficient.  
 Confringam illos nec poterunt stare:  
 cadent subtus pedes meos.  
 Et praecinxisti me virtute ad bellum:  
 et supplantasti insurgentes in me subter me.  
 Et inimicorum meorum dedisti michi dorsum:  
 et odientes me disperdidisti.  
 Clamabunt nec erit qui saluos faciat ad DOMINUM  
 nec exaudiet eos.  
 Et continua eos ut puluerem ante faciem venti:  
 ut lutum platæarum delebo eos.  
 Erupes me de contradictionibus populi:  
 constitues me in caput gentium.  
 Populus quem non cognoui seruiuit michi:  
 in auditu auris obediuit michi.  
 Filij alieni mentiti sunt michi:  
 filij alieni inueterati sunt:  
 et claudicauerunt a semitis suis.  
 Tuuisti DOMINUS et benedictus DEUS me:  
 et exaltetur DEUS salutis mee.  
 DEUS qui das vindictas michi/  
 et subdis populos sub me:  
 liberator meus de inimicis meis iracundis.  
 Et ab insurgentibus in me exaltabis me:  
 a viro iniquo eripies me.  
 Propterea confitebor tibi in nationibus DOMINE:  
 et nomini tuo psallam dicant.  
 Magnificanti salutes regis eius:  
 et facienti misericordiam CHRISTO suo dauid:  
 et semini eius usque in saeculum.

**ARGUMENTUM.** Psalmus / de caelesti manifestatione aduentus Christi domini per angelos  
 et stellam / noua lege annuntiatione eius per vniuersam terram / apostolis / conuersatione Christi  
 in terris / ascensione / de diuini ignis et spiritus sancti diffusionem / nouae legis puritate / eius obserua-  
 tione et premiatiōe. **Conciliatus versu tertio.**

**Psalmus David.** xviii.

**Psalmus dauidi.** xviii.

1 **A**li enarrant gloriam dei:  
 et opera manuum eius annuntiat firmiter.  
 2 **D**ies diei eructat verbum:  
 et nox nocti annuntiat scientiam.

1 **A**li enarrant gloriam DEI:  
 et opa manuum eius annuntiat firmiter.  
 2 **D**ies diei eructat verbum:  
 et nox nocti indicat scientiam.

**CONCI.**

**ACT.**

Non sunt loquelæ neq; sermones:  
 a quibus non audiantur voces eorum.  
 In omnem terram exiuit sonus eorum:  
 et in fines orbis terræ verba eorum.  
 In sole posuit tabernaculum suum:  
 et ipse tanq; sponsus pcedens de thalamo suo.  
 Exultauit vt gigas ad currendam viam:  
 a summo cælo egressio eius.  
 Et occurfus eius vsq; ad summum eius:  
 nec est qui se abscondat a calore eius.  
 Ver DOMINI immaculata couertēs aīas:  
 testimoniū DOMINI fidele sapiētīā p̄stās puullis  
 Iustitiæ DOMINI rectæ letificantes corda:  
 præceptū DOMINI lucidū illuminās oculos.  
 Timor DOMINI sc̄tus p̄manet ī sc̄lim sc̄li:  
 iudicia DOMINI vera iustificata ī semetipsa.  
 Desiderabilia sup̄ aur̄ z lapidē p̄ciosū multū:  
 et dulciora super mel et fauum.  
 Et enim seruus tuus custodit ea:  
 in custodiendis illis retributio multa.  
 Delicta q̄s itelligit? ab occultis meis mūda me:  
 et ab alienis parce seruo tuo.  
 Si mei nō fuerint dñati tunc immaculatus ero:  
 et emundabor a delicto maximo.  
 Et erunt vt cōplaceant eloquiā oris mei:  
 et meditatio cordis mei ī cōspectu tuo semp.  
 DOMINE adiutor meus:  
 et redemptor meus.

Non sunt loquela neq; sermones:  
 \* quorum non audiantur voces eorum.  
 In omnem terram exiuit sonus eorum:  
 et in fines orbis terræ verba eorum.  
 In sole posuit tabernaculum suum:  
 et ipse tanq; sponsus pcedens de thalamo suo.  
 Exultauit vt gigas ad currendam viam:  
 a summo cælo egressio eius.  
 Et occurfus eius vsq; ad summū eius:  
 nec est qui se abscondat a calore eius.  
 Ver dñi immaculata conuertens animas:  
 testimoniū dñi fidele sapiētīā p̄stans paruulis.  
 Iustitiæ domini recte letificantes corda:  
 præceptum dñi lucidū illuminans oculos.  
 Timor dñi castus permanens ī sæculū sæculi:  
 iudicia dñi vera iustificata in idipsum.  
 Desiderabilia sup̄ aur̄ z lapidē p̄ciosū multum:  
 et dulciora super mel et fauum.  
 Et enim seruus tuus custodit ea:  
 in custodiendo illa retributio multa.  
 Delicta q̄s itelligit? ab occultis meis mūda me dñe  
 et ab alienis parce seruo tuo.  
 Si mei non fuerint dñati tunc immaculatus ero:  
 et emundabor a delicto magno.  
 Et erunt vt cōplaceant eloquiā oris mei:  
 et meditatio cordis mei ī cōspectu tuo semp.  
 Domine adiutor meus:  
 et redemptor meus.

**ARSUMERATUM.** Psalm⁹ / optatio q̄ Christo cūcta forent prospera / q̄ a deo oēs petitiones ei⁹ exaudirent / z tādē ei⁹ iuocatio Cōciliat⁹ versu decio. Et aduerte illic vocabulo **MELECH** regē significante additam particulā **HA** nichil argumento esse regem obliqui esse casus et ideo dicendū esse regem. nam z in principio psalmozū sic additur vocabulo **IS** id est vir / z dicitur **HAS** et exponitur vir. Et paulus etiam hebreus manifeste ostendit non esse articulum obliqui.

Psalmus dauidi.

xix.

Psalmus David.

xix.

**Elohe.** **A**udiat te DOMINUS ī die tribulatiōis:  
 protegat te nomen dei Iacob.  
 Mittat tibi auxiliū de sancto:  
 et de sion tueatur te.  
 Memor sit omnis sacrificij tui:  
 et holocaustum tuum pingue fiat.  
 Tribuat tibi secundum cor tuum:  
 et omne consiliū tuum confirmet.  
**Iesua.** **Elohe.** **E**t exultabimur in SALUTARI tuo:  
 et in noīe DEI nostri magnificabimur.  
**Elohe.** **I**mpleat DOMINUS oēs petitiones tuas:  
 nūc cogit qm̄ saluū fecit D⁹ CHR̄STU suū.  
**Mesach.** **E**xaudiet illum de cælo sancto suo:  
 in potentatibus salus dexteræ eius.  
**Elohe.** **H**i in curribus et hi in equis:  
 nos aut̄ ī noīe DOMINI DEI nostri iuocabim⁹.  
**Elohe.** **I**psi obligati sunt et ceciderunt:  
 nos autem surreximus et erecti sumus.  
**Elohe.** **D**OMINE saluū fac / rex exaudi nos:  
 in die qua inuocauerimus te.

**A**udiat te dñs in die tribulationis:  
 protegat te nomen dei iacob.  
 Mittat tibi auxiliū de sancto:  
 et de sion tueatur te.  
 Memor sit omnis sacrificij tui:  
 et holocaustum tuum pingue fiat.  
 Tribuat tibi secundum cor tuum:  
 et omne consiliū tuum compleat.  
 Exultabimus in salutari tuo:  
 et in nomine dñi dei nostri magnificabimur.  
 Impleat dominus omnes petitiones tuas:  
 nunc cognoui qm̄ saluū fecit dñs ch̄rstū suū.  
 Exaudiet illum de celo sancto suo:  
 in potentatibus salus dexteræ eius.  
 Hi in curribus et hi in equis:  
 nos aut̄ in noīe dñi dei nostri exultabimus.  
 Ipsi obligati sunt et ceciderunt:  
 nos vero surreximus et erecti sumus.  
 \* Domine saluum fac regem:  
 et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

**ARSUMERATUM.** Psalmus de exauditione Christi / et benedictione eius et gloria in annoz æternitate / benedictionis ab eo consecutione / et aduersariorum eius confusione.

Psalmus dauid

xx.

**D**omine in virtute tua lætabitur rex:  
 et sup salutare tuū exultabit vehemēter.  
 Desiderium animæ eius dedisti ei:  
 et voluntate labiorū eius non fraudasti eum.  
 Quā p̄uenisti eū in b̄ndictiōib⁹ dulcedinis:  
 posuisti in capite eius coronā de lapide p̄cioso.  
 Vitam petijt et dedisti ei:  
 lōgitudinē dierū in s̄culū ⁊ in s̄culū s̄culi:  
 Magna est gloriā eius in salute tua:  
 gloriā et magnū decorē impones super eum.  
 Quoniā dabis ei benedictionē in s̄culū s̄culi:  
 lætificabis eū in gaudio cum vultu tuo.  
 Quoniam rex sperat in domino:  
 et in altissimi misericordia non cōmouebitur.  
 Inuentatur manus tua oibus inimicis tuis:  
 dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.  
 Pones eos vt clibanū ignis in tēpore vult⁹ tui:  
 dominus in ira sua conturbabit eos:  
 et deuorabit eos ignis.  
 Fructum illorum de terra perdes:  
 et semen eorum a filiis hominū.  
 Quoniam declinauerunt in te mala:  
 cogitauerūt cōsiliū quod nō potuerūt stabilire.  
 Quoniam pones eos dorsum:  
 in reliquijs tuis p̄parabis vultum eorum.  
 Exaltare domine in virtute tua:  
 cantabimus et psallemus virtutes tuas.

**ARSUMERITUM.** Psalmus oratio domini ad patrem et diuinitatē in passione mysteria passionis continēs / exhortatio ad laudē diuinorū / de cibo vitā æternā prestante pauperibus in memoriam passionis eius ordinato / vero cultu dei per vniuersum orbem recipiendo / et noua iustitiæ lege et nouo populo. Conciliatus versu primo / secundo et tricesimo tertio. Domin⁹ in fine psalmi obelo singulari debet etiam in tralatione hebraica hieronymi.

Psalmus dauid.

xxi.

**D**eus deus meus respice in me /  
 quare me dereliquisti:  
 longe a salute mea verba delictorū meorū.  
 Deus me⁹ clamabo ad te per diē ⁊ nō exaudies  
 et nocte non ad insipientiā michi.  
 Tu autem in sancto habitas:  
 laus israel.  
 In te sperauerunt patres nostri:  
 sperauerunt et liberaasti eos.  
 Ad te clamauerunt et salui facti sunt:  
 in te sperauerunt et non sunt confusi.  
 Ego autem sum vermīs et non homo:  
 opprobrium hominū et abiectio plebis.  
 Omnes qui conspiciēbāt me subsannābant me:  
 locuti sunt labijs et mouerunt caput.  
 Sperauit in domino eruat eum:  
 saluum faciat eum quoniam vult eum.  
 Quā tu es qui extraxisti me de ventre spes mea:  
 ab vberib⁹ matris meæ ⁊ te plect⁹ sum ex vtero.  
 De ventre matris meæ deus meus es tu:  
 ne discesseris a me.  
 Quoniam tribulatio iuxta est:  
 quia non est qui adiuuet.

Psalmus dauidi.

xx.

**D**OMINE in virtute tua letabitur rex:  
 ⁊ sup salutare tuū exultabit vehemēt  
 Desiderium cordis eius tribuisti ei:  
 voluntate labiorum eius non fraudasti eum.  
 Quā p̄uenisti eū in benedictionibus dulcedinis  
 posuisti in capite eius coronā de lapide p̄cioso.  
 Vitam petijt a te et tribuisti ei:  
 longitudinē dierū in s̄culū ⁊ in s̄culū s̄culi.  
 Magna est gloriā eius in SALUTARI tuo:  
 gloriā et magnū decorē impones super eum.  
 Quā dabis eum i benedictionē i s̄culū s̄culi:  
 lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.  
 Quoniam rex sperat in DOMINO:  
 et in mīa ALIJSIM⁹ non cōmouebit.  
 Inuentatur manus tua omnibus inimicis tuis:  
 dextera tua inueniat oēs qui te oderunt.  
 Pones eos vt clibanū ignis in tēpore vult⁹ tui:  
 DOMINUS in ira sua conturbabit eos:  
 et deuorabit eos ignis.  
 Fructum eorum de terra perdes:  
 et semen eorum a filiis hominū.  
 Quoniam declinauerunt in te mala:  
 cogitauerunt cōsilia quæ nō potuerūt stabilire  
 Quoniam pones eos dorsum:  
 in reliquijs tuis p̄parabis vultum eorum.  
 Exaltare DOMINE in virtute tua:  
 cantabimus et psallemus virtutes tuas.

Psalmus dauidi.

xxi.

**D**EUS me⁹ DE⁹ me⁹ respice in me.  
 quare me dereliquisti:  
 longe a salute mea verba delictorū meorū.  
 DEUS meus clamabo per diē ⁊ nō exaudies:  
 et nocte et non ad insipientiā michi.  
 Tu autem in sancto habitas:  
 laus israel.  
 In te sperauerunt patres nostri:  
 sperauerunt et liberaasti eos.  
 Ad te clamauerunt et salui facti sunt:  
 in te sperauerunt et non sunt confusi.  
 Ego autem sum vermīs et non homo:  
 opprobrium hominū et abiectio plebis.  
 Omnes videntes me deriserunt me:  
 locuti sunt labijs et mouerunt caput.  
 Sperauit in DOMINO eripiat eum:  
 saluum faciat eum quoniam vult eum.  
 Quā tu es qui extraxisti me de ventre spes mea:  
 ab vberib⁹ matris meæ ⁊ te plect⁹ sum ex vtero  
 De ventre matris meæ DEUS meus es tu:  
 ne discesseris a me.  
 Quoniam tribulatio proxima est:  
 quoniam non est qui adiuuet.

Jesus.

Jesus.

Elion

El

El

El El

Eloha.

El

El

Circumdede runt me vituli multi:  
 tauri pingues obsederunt me.  
 Aperuerunt super me os suum:  
 sicut leo rapiens et rugiens.  
 Sicut aqua effusus sum:  
 et dispersa sunt omnia ossa mea.  
 Factum est cor meum tanq̄ cæra liquescens:  
 in medio ventris mei.  
 Arruit tanq̄ testa virtus mea:  
 et lingua mea adhesit faucibus meis:  
 et in puluerem mortis deduxisti me.  
 Quoniam circumdede runt me canes multi:  
 concilium malignantium obsedit me.  
 Hoderunt manus meas et pedes meos:  
 dinumerauerunt omnia ossa mea.  
 Ipsi vero considerauerunt et inspexerunt me:  
 diuiserunt sibi vestimenta mea:  
 et super vestem meam miserunt sortem.  
 Tu autē dōmīe ne elōgaueris auxiliū tuū a me:  
 ad defensionem meam conspice.  
 Erue a framea deus animam meam:  
 et de manu canis vnīcam meam.  
 Salua me ex ore leonis:  
 et a cornibus vnīcornium humilitatem meam.  
 Narrabo nomen tuum fratribus meis:  
 in medio ecclesiæ laudabo te.  
 Qui timetis dōmīnū laudate eum:  
 vniuersum semen Iacob glorificate eum.  
 Timeat eum omne semen Israel:  
 qm̄ nō spūit neq̄ desperit de peccationē paup̄is.  
 Neq̄ auertit faciem suam a me:  
 et cum clamarem ad eum exaudiuit me.  
 Apud te laus mea in ecclesia magna:  
 vota mea reddam in conspectu timentium eum.  
 Edent pauperes et saturabuntur:  
 et laudabunt dōmīnū q̄ requirūt eū:  
 viuent corda eorum in sæculum sæculi.  
 Reminiscuntur et cōuertent ad dōmīnū  
 vniuersi fines terræ.  
 Et adorabunt in conspectu eius:  
 vniuersæ familiæ gentium.  
 Quoniam dōmīnū est regnum:  
 et ipse dominabitur gentium.  
 Manducauerūt et adorauerūt oēs pingues terræ  
 in cōspectu eius cadēt oēs q̄ descendūt i terrā.  
 Et anima mea non viuet:  
 et semen meum seruiet ipsi.  
 Annūciabitur dōmīno generatio ventura  
 et annūciabunt cæli iustitiam eius:  
 populo qui nascetur quē fecit dōmīnus.  
**ARSUMERLUM.** Psalmus / recognitio beneficiorū Christi et trīni dei q̄q̄ hec beneficia mi  
 sericordiam et vitam largiuntur æternam.  
**Psalmus dauidi** xxij.  
**D**ōmīnus regit me nichil mihi dēerit:  
 in loco pascuæ ibi me collocauit.  
 Super aquā refectiōnis educauit me:

Circumdede runt me vituli multi:  
 tauri pingues obsederunt me.  
 Aperuerunt in me os suum:  
 sicut leo rapiens et rugiens.  
 Sicut aqua effusus sum:  
 dispersa sunt omnia ossa mea.  
 Factum est cor meum sicut cæra liquescens:  
 in medio ventris mei.  
 Arruit velut testa virtus mea:  
 et lingua mea adhesit faucibus meis:  
 et in puluerem mortis deduxisti me.  
 Quoniam circumdede runt me canes multi:  
 concilium malignantium circumdedit me.  
 Hoderunt manus meas et pedes meos:  
 dinumerauerunt omnia ossa mea.  
 Ipsi vero considerauerunt et conspexerunt me:  
 diuiserunt sibi vestimenta mea:  
 et super vestem meam miserunt sortem.  
 Tu autē dñe ne longe facias auxiliū tuū a me:  
 ad defensionem meam conspice.  
 Erue a framea animā meam:  
 et de manu canis vnīcam meam.  
 Saluum me fac de ore leonis:  
 et a cornibus vnīcornium humilitatem meam.  
 Narrabo nomen tuum fratribus meis:  
 in medio ecclesiæ cantabo te.  
 Qui timetis dōmīnū laudate eum:  
 vniuersum semen iacob magnificate eum.  
 Timeat eum omne semen israel:  
 qm̄ nō spūit neq̄ desperit de peccationē paup̄is.  
 Neq̄ auertit faciem suam a me:  
 et cum clamarem ad eum exaudiuit me.  
 Apud te laus mea in ecclesia magna:  
 confitebor tibi coram timentibus eum.  
 Edent pauperes et saturabuntur et laudabunt:  
 dōmīnū qui requirunt eum:  
 viuent corda eorū in sæculū sæculi.  
 Cōmemorabuntur et conuertentur ad dōmīnū:  
 vniuersi fines terræ.  
 Et adorabunt in conspectu eius:  
 vniuersæ patriæ gentium.  
 Quoniam dōmīni est regnum:  
 et ipse dominabitur gentium.  
 Manducauerūt et adorauerūt oēs disites terræ  
 i cōspectu ei⁹ cadēt vniuersi q̄ descendūt i terrā.  
 Et anima mea ipsi viuet:  
 et semen meum seruiet ipsi.  
 Annūciabitur dōmīno generatio ventura.  
 et annūciabunt cæli iustitiam eius:  
 populo qui nascetur quem fecit dōmīnus.  
**Psalmus dauid.** xxij.  
**D**ōmīnus pascit me nichil mihi dēerit:  
 in loco pascuæ ibi me collocauit.  
 Super aquam refectiōnis educauit me:



animam meam conuertit.  
 3 Deduxit me super semitas iustitiæ:  
 propter nomen suum.  
 4 Nā et si ambulauero in medio vmbre mortis:  
 non timebo mala qm̄ tu mecum es.  
 5 Virga tua et baculus tuus:  
 ipsa me consolata sunt.  
 6 Parasti in conspectu meo mensam:  
 aduersus eos qui tribulant me.  
 7 Impinguasti in oleo caput meum:  
 et poculum meum in æbrians ꝑꝑreclarū est?  
 8 Et misericordia tua subsequetur me:  
 omnibus diebus vitæ meæ.  
 9 Ut inhabitem in domo domini:  
 in longitudinem dierum.

**ARSUMENIUM.** Psalmus / de fundamento salutis terrenorum in baptismalibus vndis / et  
 de mysterio ascensionis Christi domini regis gloriæ et domini exercituum ad dexteram patris.  
 1 **C**aduerte sexto versu. solum in hebræo haberi **PHAREJLA** Jacob faciem tuā Jacob. vbi  
 intellige faciem illam non eam qua Jacob ipse videatur sed eam quam Jacob vidit cum dixit: vi-  
 di dominum facie ad faciem et salua facta est anima mea. quod vt apertius innuerent verterunt facie  
 dei Jacob et si hic expresse nomen dei non habeatur qui psalmo. 19. versu primo Elohe: psalmo. 131.  
 versu secundo et quinto nomine **DABIR** exprimitur.

**Psalmus David.**  
 1 **D**omini est terra et plenitudo eius:  
 orbis terrarum et vniuersi qui habitant in ea.  
 2 Ipse super maria fundauit eam:  
 et super flumina præparauit eam.  
 3 Quis ascendet in montem domini:  
 aut quis stabit in loco sancto eius?  
 4 Innocens manibus et mundo corde:  
 qui non accepit in vano animam suam:  
 et non iurauit proximo suo in dolo.  
 5 Hic accipiet benedictionem a domino:  
 et misericordiam a deo salutari suo.  
 6 Hec est generatio quærentium dominum:  
 quærentium faciem dei iacob.  
 7 Tollite portas principes vestras /  
 et eleuamini portæ æternales:  
 et introibit rex gloriæ.  
 8 Quis est iste rex gloriæ?  
 dominus fortis et potens:  
 dominus potens in prælio.  
 9 Tollite portas principes vestras /  
 et eleuamini portæ æternales:  
 et introibit rex gloriæ.  
 10 Quis est iste rex gloriæ?  
 dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

**ARSUMENIUM.** oratio fidelium benignam dei naturam agnoscentium et in aduersis opem  
 eius poscentium. **Conciliatus** versu duodecimo et vicesimo secundo.

**Psalmus David.**  
 1 **A**d te domine leuaui animam meam:  
 deus meus in te confido non erubescam.  
 2 Neque irideant me inimici mei:  
 etenim vniuersi qui te expectant non confundentur.  
 3 Confundantur inique agentes:  
 vana.

animam meam conuertit.  
 Deduxit me super semitas iustitiæ:  
 propter nomen suum.  
 Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis:  
 non timebo mala qm̄ tu mecum es.  
 Virga tua et baculus tuus:  
 ipsa me consolata sunt.  
 Parasti in conspectu meo mensam:  
 aduersus eos qui tribulant me.  
 Impinguasti in oleo caput meum:  
 et calix meus in æbrians ꝑꝑreclarus est?  
 Et misericordia tua subsequetur me:  
 omnibus diebus vitæ meæ.  
 Et vt inhabitem in domo **DOMINI**:  
 in longitudinem dierum.

**Psalmus David.**  
 1 **D**ominus est terra et plenitudo eius:  
 orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo.  
 Quia ipse super maria fundauit eum:  
 et super flumina præparauit eum.  
 Quis ascendet in montem **DOMINI**:  
 aut quis stabit in loco sancto eius?  
 Innocens manibus et mundo corde:  
 qui non accepit in vano animam suam:  
 nec iurauit in dolo proximo suo.  
 Hic accipiet benedictionem a **DOMINO**:  
 et misericordiam a **DEO** salutari suo.  
 Hec est generatio quærentium eum:  
 quærentium faciem dei iacob. **Selah.**  
 Attollite portas principes vestras:  
 et eleuamini portæ æternales:  
 et introibit rex gloriæ.  
 Quis est iste rex gloriæ?  
**DOMINUS** fortis et potens:  
**DOMINUS** potens in prælio.  
 Attollite portas principes vestras:  
 et eleuamini portæ æternales:  
 et introibit rex gloriæ.  
 Quis est iste rex gloriæ?  
**DOMINUS** virtutum ipse est rex gloriæ

**Psalmus David.**  
 1 **A**d te **DOMINE** leuaui animam meam:  
 deus meus in te confido non erubescam.  
 Neque irideant me inimici mei:  
 etenim vniuersi qui sustinent te non confundentur.  
 Confundantur omnes iniqua agentes:  
 superuacue.

54  
 54  
 54  
 Elohe.  
 Selah.  
 54  
 54  
 54  
 Sebaoth  
 Eloha.

**¶** **U**ias tuas **DOMINAE** demonstra michi:  
 et semitas tuas edoce me.  
**Elohe.** Dirige me in veritate tua et doce me:  
 quia tu es **DEUS** saluator meus:  
 et te sustinui tota die.  
**¶** Reminiscere miserationum tuarum **DOMINAE**:  
 et misericordiarum tuarum quia a saeculo sunt. \*  
 Delicta iuventutis meae:  
 et ignorantias meas ne memineris.  
**¶** Secundum misericordiam tuam memento mei tu:  
 propter bonitatem tuam **DOMINAE**.  
**¶** Dulcis et rectus **DOMINUS**:  
 propter hoc legem dabit delinquentibus in via.  
 Diriget mansuetos in iudicio:  
 docebit mites vias suas.  
**¶** Uniuersae viae **DOMINAE** misericordia et veritas:  
 requirunt testamentum eius et testimonia eius.  
**¶** Propter nomen tuum **DOMINE** propiciaberis peccato meo: \*  
 multum est enim.  
**¶** Quis est homo qui timeat dominum?  
 legem statuit ei in via quam elegit.  
 Anima eius in bonis demorabitur:  
 et semen eius hereditabit terram.  
**¶** Firmamentum est **DOMINUS** timentibus eum:  
 et testamentum ipsius ut manifestetur illis.  
**¶** Oculi mei semper ad **DOMINUM**:  
 quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.  
 Respice in me et miserere mei:  
 quia unicus et pauper sum ego.  
 Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt:  
 de necessitatibus meis erue me.  
 Vide humilitatem meam et laborem meum:  
 et dimitte uniuersa delicta mea.  
 Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt:  
 et odio iniquo oderunt me.  
 Custodi animam meam et erue me:  
 non erubescam quoniam speraui in te.  
 Innocentes et recti adhererunt michi:  
 quia sustinui te.

**Elohim.** Libera **DEUS** israel:  
 ex omnibus tribulationibus suis.

**ARSUMERITUM.** Psalmus / de innocentia Christi domini / eius in mundo conuersatione / et  
 immolatione qua per proprium sanguinem semel introiuit in sancta aeterna redemptione inuenta / dile  
 ctione sanctarum animarum quae templum et domus dei sunt / misericordiae adeptione / et benedictione  
 dei trisagii in ecclesijs sanctorum. **¶** Concliat<sup>o</sup> versu sexto. **¶** Aduerte primo versu iudica me dñe:  
 hic in translatione hebraica Hieronymi habetur deus. Verum in omnibus psalterijs hebraicis vetustis  
 et manu scriptis quae tenere potui reperit magnum nomen dei **יהוה**. excepto vno quem Quil. Ra  
 mundus mithridates manu sua scripserat in quo hoc in loco scriptum erat **El**. sed quia psalterium illud  
 michi parum fidele visum est: malui notare ut in vetustioribus comperi signo magni nominis dei.  
 Verisimile tamen est in psalterio Hieronymi aut **El** aut aliud quod tetragrammaton nomen fuisse si ver  
 tit deus: alioqui dominus quod deus vertere maluisset.

**¶** Psalmus dauidi.

xxv.

**¶** Psalmus dauid.

xxv.

**¶** **I**udica me **DOMINE**  
 quoniam ego in innocentia mea ingressus sum:  
 et in **DOMINO** sperans non infirmabor.

**¶** **I**udica me domine  
 quoniam ego in innocentia mea ambulavi:  
 et in domino sperans non infirmabor.

**¶** Uias tuas domine notas fac michi:  
 et semitas tuas edoce me. 4  
 Dirige me in veritate tua doce me:  
 quoniam tu es deus salutaris meus:  
 et te sustinui tota die. 5  
 Reminiscere miserationum tuarum domine:  
 et quia misericordiae tuae a saeculo sunt. 6  
 Delicta iuventutis meae et ignorantiae meae:  
 ne memineris. 7  
 Secundum misericordiam tuam memento mei esto deus:  
 propter bonitatem tuam domine. 8  
 Dulcis et rectus dominus:  
 propter hoc legem statuit delinquentibus in via. 9  
 Diriget mites in iudicio:  
 docebit mansuetos vias suas. 10  
 Uniuersae viae domini misericordia et veritas:  
 requirunt testamentum eius et testimonia eius. 11  
 Propter nomen tuum domine propiciaberis peccato meo:  
 multum est enim. 12  
 Quis est homo qui timeat dominum?  
 legem statuit ei in via quam elegit. 13  
 Anima eius in bonis demorabitur:  
 et semen eius hereditate possidebit terram. 14  
 Firmamentum est dominus timentibus eum:  
 et testamentum ipsius ut manifestetur illis. 15  
 Oculi mei semper ad dominum:  
 quia ipse euellet de laqueo pedes meos. 16  
 Respice in me et miserere mei:  
 quoniam unicus et pauper sum ego. 17  
 Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt:  
 de necessitatibus meis erue me. 18  
 Vide humilitatem meam et laborem meum:  
 et remitte omnia peccata mea. 19  
 Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt:  
 et odio iniquo oderunt me. 20  
 Custodi animam meam et erue me:  
 non confundar quoniam speraui in te. 21  
 Innocentes et recti adhererunt michi:  
 quoniam sustinui te domine. 22  
 Redime deus israel:  
 ex omnibus tribulationibus eius. 23

54

- 2 Proba me domine et tenta me:  
vire renes meos et cor meum.
- 3 Quoniam misericordia tua ante oculos meos est:  
et complacui in veritate tua.
- 4 Non sedi cum concilio vanitatis:  
et cum iniqua gerentibus non introibo.
- 5 Odio habui congregationem malignantium:  
et cum impijs non sedebo.
- 6 Lauabo inter innocentes manus meas:  
et circumdabo altare tuum domine.
- 7 Ut audiam vocem laudis tuae:  
et enarrem vniuersa mirabilia tua.
- 8 Domine dilexi decorem domus tuae:  
et locum habitationis gloriae tuae.
- 9 Ne perdas cum impijs animam meam:  
et cum viris sanguinum vitam meam.
- 10 In quorum manibus iniquitates sunt:  
dextera eorum repleta est muneribus.
- 11 Ego autem in innocentia mea ambulauit:  
redime me et miserere mei.
- 12 Pes meus stetit in rectitudine:  
in ecclesijs benedicam te domine.

- Proba me **DOMINE** et tenta me:  
vire renes meos et cor meum.
- Quoniam misericordia tua ante oculos meos est:  
et complacui in veritate tua.
- Non sedi cum concilio vanitatis:  
et cum iniqua gerentibus non introibo.
- Odium ecclesiam malignantium:  
et cum impijs non sedebo.
- \* Lauabo in innocentia manus meas:  
et circumdabo altare tuum **DOMINE**.
- Ut audiam vocem laudis:  
et enarrem vniuersa mirabilia tua.
- DOMINE** dilexi decorem domus tuae:  
et locum habitationis gloriae tuae.
- Ne perdas cum impijs — deus .. animam meam:  
et cum viris sanguinum vitam meam.
- In quorum manibus iniquitates sunt:  
dextera eorum repleta est muneribus.
- Ego autem in innocentia mea ingressus sum:  
redime me et miserere mei.
- Pes meus stetit in directo:  
in ecclesijs benedicam te **DOMINE**.

54

54

54

**ARBUENTUM.** Psalmus de confidentia et securitate Christi / protectione eius a diuinitate / immolatione eius / resurrectione falsoz testium in eum / certa expectatione aeternorum bonoz in terra viventium. **Conciliatus** versu octauo / undecimo et duodecimo. **Aduerte** decimo versu in petra. tam Hieronymus q̄ interpretes hic Sur interpretati sunt petra. quod psalmo. 17. versu 54. hi deum ille fortem et so. tam hi q̄ ille deum.

**Psalmus David.** xxvj.

**Davidi.** xxvj.

- 1 Dominus illuminatio mea et salus mea:  
quem timebo?
- 2 Dominus protector vitae meae:  
a quo trepidabo?
- 3 Dum appropiant super me nocentes:  
vt edant carnes meas.
- 4 Qui tribulant me inimici mei:  
ipsi infirmati sunt et ceciderunt.
- 5 Si consistant aduersum me castra:  
non timebit cor meum.
- 6 Si insurgat in me praelium:  
in hoc ego sperabo.
- 7 Unam petij a domino hanc requiram:  
vt inhabitet in domo dni oēs dies vitae meae:
- 8 Ut contempler delectationem domini:  
et protegar a templo eius.
- 9 Quoniam abscondit me in tabernaculo suo:  
in die malozum protegit me in abscondito tabernaculi sui.
- 10 In petra exaltauit me:  
et nūc ecce exaltauit caput meū sicut inimicos meos.
- 11 Circuui et immolaui in tabernaculo eius  
hostiam iubilationis:  
cantabo et psallam domino.
- 12 Exaudi dne vocē meā qua clamaui ad te:  
miserere mei et exaudi me.
- 13 Tibi dixit cor meū quaesiuī vultū tuū:  
vultū tuū dne requiram.

- DOMINUS** illustratio mea et salus mea:  
quem timebo?
- DOMINUS** protector vitae meae:  
a quo trepidabo?
- Dum appropiant super me nocentes:  
vt edant carnes meas.
- Qui tribulant me inimici mei:  
ipsi infirmati sunt et ceciderunt.
- Si consistant aduersum me castra:  
non timebit cor meum.
- Si exurgat aduersum me praelium:  
in hoc ego sperabo.
- Unam petij a **DOMINO** hanc requiram:  
vt inhabitet in domo **DOMINI** oib' dieb' vitae meae
- \* Ut videam voluptatem **DOMINI**:  
et visitem templum eius:
- Quoniam abscondit me in tabernaculo suo:  
in die malozum protegit me in abscondito tabernaculi sui.
- \* In petra exaltabit me:  
et nūc exaltauit caput meū sup inimicos meos.
- \* Circuibo et immolabo in tabernaculo eius  
hostiam vociferationis:  
cantabo et psalmū dicam **DOMINO**.
- \* Exaudi **DOMINE** vocē meā q̄ clamo ad te:  
miserere mei et exaudi me.
- Tibi dixit cor meū / exquisiuit te facies mea:  
faciē tuā **DOMINE** requiram.

54

54

54

54

54

CONCILI.

ACT.

Ne auertas faciem tuam a me:  
ne declines in ira a seruo tuo.  
Adiuutor meus esto ne derelinquas me:  
neq; despicias me DEUS salutaris meus.  
Qm̄ pater me⁹ ⁊ mater mea dereliquerūt me:  
DOMINUS autem assumpsit me.  
Regem pone michi DOMINE in via tua/  
et dirige me in semita recta:  
propter inimicos meos.  
Ne tradideris me in animas tribulantium me:  
quoniam insurrexerunt in me testes iniqui:  
et mentita est iniquitas sibi.  
Credo videre bona DOMINI:  
in terra uiuentium.  
Expecta DOMINUM uiriliter age  
et confortetur cor tuum: ⁊ sustine DOMINUM.  
ARSUMMENTUM. Psalmus/oratio Christi dñi scdm carnis dispensationē ad patrē ⁊ trihypos  
staticā diuinitatē/exauditiō ei⁹ ⁊ deprecatio eius pro pplo fideli. Conciliat⁹ versu primo ⁊ sexto  
C. Dauidi. xxvii. C. Psalmus Dauid.

**A**d te DOMINE clamabo/  
DEUS meus ne sileas a me:  
nequando taceas a me  
assimiler descendentibus in lacum.  
Exaudi DOMINE vocē orōis mee dñi oro ad te:  
dñi extollo man⁹ meas ad templū sanctū tuū.  
Ne simul tradas me cum peccatoribus:  
et cū operantibus iniquitatē ne perdas me.  
Qui loquuntur pacē cum proximo suo:  
mala autem in cordibus eorum.  
Da illis secundum opera eorum:  
et secundum nequitia adinuentiōū ipsorum.  
Secundū opera manūū eorum tribue illis:  
redde retributionem eorum ipsis.  
Qm̄ non intellexerunt opera DOMINI:  
et opera manuum eius:  
destrues illos et non edificabis eos.  
Benedictus DOMINUS:  
qm̄ exaudiuit vocē deprecationis meae.  
DOMINUS adiutor meus ⁊ p̄tector me⁹/  
et in ipso sperauit cor meum:  
et adiutus sum.  
Et resloruit caro mea:  
et ex voluntate mea confitebor ei.  
DOMINUS fortitudo plebis suae:  
et p̄tector saluationū CHRIS̄TI sui est.  
Saluum fac populū tuū domine ..  
et benedic hereditati tuae:  
et rege eos ⁊ extolle illos vsq; in aeternum.  
ARSUMMENTUM. Psalmus de diuinitate uerbi diuini ⁊ benedictione trisagiae beatitudinis  
quae datur populo eius. Conciliatus versu quinto/sexto/septimo/octauo et nono.  
C. Psalmus Dauidi. xxviii. C. Psalmus Dauid.

**A**fferte DOMINO filij DEI:  
afferte domino filios arietum ..  
afferte DOMINO gloriā ⁊ honorē:  
adorate DOMINUM in atriō sancto eius.

Ne auertas vultum tuum a me:  
ne declines in ira a seruo tuo.  
Adiuutor meus esto ne derelinquas me:  
neq; despicias me deus salutaris meus.  
Qm̄ pater me⁹ ⁊ mater mea dereliquerūt me:  
dominus autem assumpsit me.  
Regem michi constitue domine in via tua/  
et dirige me in semita recta:  
propter inimicos meos.  
Ne tradideris me in animas tribulantium me:  
quoniam insurrexerunt michi testes iniqui:  
et mentita est iniquitas sibi.  
Credo videre bona domini:  
in terra uiuentium.  
Sustine dominum/ uiriliter age:  
et confortetur cor tuum et sustine dominum.  
et confortetur cor tuum et sustine dominum.  
C. Conciliat⁹ versu primo ⁊ sexto  
C. Psalmus Dauid. xxvii.

**A**d te domine clamaui/  
deus meus ne sileas a me:  
nequando sileas a me/  
et ero similis descendentibus in lacum.  
Exaudi dñe vocē deprecationis meae dñi oro ad te:  
dñi extollo manus meas ad templū sanctū tuū.  
Ne simul tradas cum peccatoribus animam meam:  
et cū operantibus iniquitatē ne perdas me.  
Cū ijs qui loquuntur pacē cū proximo suo:  
mala autem loquuntur in cordibus eorum.  
Da illis secundum opera ipsorum:  
et secundum malignitatē affectionum ipsorum.  
Secundū opera manuum eorum da eis:  
redde retributionem eorum ipsis.  
Quoniam non intellexerunt opera domini  
et in opera manuum eius:  
destrues illos et non edificabis eos.  
Benedictus dominus:  
qm̄ exaudiuit vocem deprecationis meae.  
Dñs adiutor meus et p̄tector meus/  
in ipso sperauit cor meum:  
et adiutus sum.  
Et resloruit caro mea:  
et ex voluntate mea confitebor illi.  
Dñs fortitudo plebis suae:  
et p̄tector salutarium christi sui est.  
Saluum fac populum tuum domine  
et benedic hereditati tuae:  
et rege illos et extolle illos vsq; in saeculum.  
C. Conciliatus versu quinto/sexto/septimo/octauo et nono.  
C. Psalmus Dauid. xxviii. C. Psalmus Dauid.

**A**fferte domino filij dei:  
afferte domino filios arietum.  
afferte domino gloriā ⁊ honorē:  
adorate dominū in aula sancta eius.

Wesiah.

Elohim

- 3 Vox domini super aquas:  
deus maiestatis intonuit:  
dominus super aquas multas.
- 4 Vox domini in virtute:  
vox domini in magnificentia.
- 5 Vox domini conterens cedros:  
et conteret dominus cedros libani.
- 6 Et cominuet eas tanquam vitulum libani:  
et dilectus sicut filius unicornis.
- 7 Vox domini precipitans flammam ignis:  
vox domini commouentis solitudinem:  
et commouebit dominus desertum cades.
- 8 Vox domini perficientis ceruos:  
et reuelabit siluas in templo eius unusquisque dicit gloriam.
- 9 Dominus diluuium inhabitat:  
et sedebit dominus rex in aeternum.
- 10 Dominus virtutem populo suo dabit:  
dominus benedicet populo suo in pace.

**IRSUMENTUM.**

Psalmus/exaltatio diuinitatis a Christo domino/clamor eius/erauditio:  
eductio anime eius ab inferis/exhortatio eius ad diuinas laudes concinnandas. de absentatione  
diuinae presentiae/turbatione sequenti/proprie infirmitatis agnitione et confessione/ex humilitate illa  
presentiae illius reuocatione/laetitia subsequente/eruptione in laudem et beneficiorum dei confessionem.  
Conciliatus versu decimo. quod ideo factum est quia eo in loco ubi legimus et ad deum meum: in  
hebraeo habetur tetragramaton. quare aequius visum est ut legatur et ad dominum meum.

**Psalmus David.**

xxviii.

- 1 **E**xaltabo te domine quoniam suscepisti me:  
nec occidisti inimicos meos super me.  
Domine deus meus clamaui ad te:  
et sanasti me.
- 2 Domine reduxisti ab inferis animam meam:  
saluum fecisti me a descendantibus in lacum.
- 3 Psallite domino sancti eius:  
et confitemini memorie sanctitatis eius.
- 4 Quoniam ira in indignatione eius:  
et vita in voluntate eius.
- 5 Despere demorabitur fletus eius:  
et in matutinum exultatio.
- 6 Ego autem dixi in abundantia mea:  
non mouebo in aeternum.
- 7 Domine in voluntate tua:  
praestitisti decorum meo virtutem.
- 8 Auertisti faciem tuam a me:  
et factus sum conturbatus.
- 9 Ad te domine clamabo:  
et ad deum meum deprecabor.
- 10 Que utilitas in sanguine meo:  
cum descendo in corruptionem.
- 11 Nunquid confitebitur tibi puluis:  
aut annuntiabit veritatem tuam?
- 12 Audiuit dominus et misertus est michi:  
dominus factus est adiutor meus.
- 13 Conuertisti planctum meum in gaudium michi:  
concidisti saccum meum.  
et praecinxisti me laetitia.
- 14 Et cantet tibi gloria mea et non compungar:  
domine deus meus in aeternum confitebor tibi.

- Vox DOMINI super aquas:  
DEUS maiestatis intonuit:  
DOMINUS super aquas multas.
- Vox DOMINI in virtute:  
vox DOMINI in magnificentia.
- \* Vox DOMINI confringens cedros:  
et confringet DOMINUS cedros libani.
- \* Et cominuet eas tanquam vitulus libani:  
et dilectus quemadmodum filius unicornis.
- \* Vox DOMINI intercidens flammam ignis:  
\* vox DOMINI concutiens desertum:  
et commouebit DOMINUS desertum cades.
- \* Vox DOMINI praeparans ceruos:  
et reuelabit secreta eius in templo eius omnes dicent gloriam.
- \* DOMINUS diluuium inhabitat:  
et sedebit DOMINUS rex in aeternum.  
DOMINUS virtutem populo suo dabit:  
DOMINUS benedicet populo suo in pace.

**Psalmus cantici David.**

xxviii.

- 1 **E**xaltabo te domine quoniam suscepisti me:  
nec delectasti inimicos meos super me.  
domine DEUS meus clamaui ad te:  
et sanasti me.
- 2 domine reduxisti ab inferno animam meam:  
saluasti me a descendantibus in lacum.
- 3 Psallite domino sancti eius:  
et confitemini memoriae sanctitatis eius.
- 4 Quoniam ira in indignatione eius:  
et vita in voluntate eius.
- 5 Ad vespertinum demorabitur fletus:  
et ad matutinum laetitia.
- 6 Ego autem dixi in abundantia mea:  
non mouebo in aeternum.
- 7 domine in voluntate tua:  
praestitisti decorum meo virtutem.
- 8 Auertisti faciem tuam a me:  
et factus sum conturbatus.
- 9 Ad te domine clamabo:  
\* et ad DOMINUM deprecabor.
- 10 Quae utilitas in sanguine meo:  
cum descendero in corruptionem.
- 11 Nunquid confitebitur tibi puluis:  
aut annuntiabit veritatem tuam?
- 12 Audiuit dominus et misertus est mei:  
dominus factus est adiutor meus.
- 13 Conuertisti planctum meum in gaudium michi:  
concidisti saccum meum.  
et circumcinxisti me laetitia.
- 14 Et cantet tibi gloria mea et non compungar:  
domine DEUS meus in aeternum confitebor tibi.

**ARSUMERUM.** Psalmus oratio Christi dñi / q̄s anxia z gemitib⁹ plena fuerit vita ei⁹ / q̄ de relict⁹ z fact⁹ opprobriū vicinis suis / de cōspiratione cōciliatorū i eū / inuocatione diuini auxilij benīgnitate dei i ijs q̄ sanctā sp̄e habēt / mīrificatione misericordiae dei i eū / exhortatione ad sanctā sp̄e / z de deterritione a supbia. **C**aduerte tertio versū / esto michi i deū p̄tectorē: hic **SUR** nomē dei habet q̄d et hic Hieronym⁹ vertit lapidē. quarto vero prime sequenti versu Hieronym⁹ idē vocabulū vertit petrā septuaginta **κρῆται** quod interptū latinoꝝ vnus dixit fortitudinē / ali⁹ firmamētū

**C**Psalmus David. xxx.  
**I**n te Dōmine sp̄aui nō p̄fudar in ætñū:  
 in iustitia tua libera me.  
 Inclina ad me aurem tuam:

**Sur.** Esto mihi i Dēū p̄tectorē z i domū refugij:  
 vt saluum me facias.  
 Quia fortitudo mea et refugium meum es tu:  
 z p̄pter nomē tuū deduces me z enutries me.  
 Educes me de laq̄o hoc quē abscondērūt michi:  
 quoniam tu es protector meus.

**El.** In man⁹ tuas — dñe .. cōmēdo sp̄m meū:  
 redemisti me Dōmine Dēus veritatis.  
 Odisti obseruantes vanitates:  
 superuacue.

**El.** Ego autē in Dōmine sp̄raui:  
 exultabo z letabor in misericordia tua.  
 Quoniam tu respexisti humilitatē meā:  
 saluasti de necessitatibus animā meā.

**El.** Nec conclusisti me in manibus inimici:  
 statuisti in loco spaciofo pedes meos.  
 Miserere mei Dōmine quoniam tribulor/  
 conturbatus est in ira oculus meus:  
 anima mea et venter meus.

Quoniam defecit in dolore vita mea:  
 et anni mei in gemitibus.  
 Infirmata est in paupertate virtus mea:  
 et ossa mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos  
 factus sum opprobrium vicinis meis valde:  
 et timor notis meis.

Qui videbant me foras fugiebant a me:  
 obliuioni datus sum tanq̄ mortuus a corde.  
 Factus sum tanq̄ vas perditum:  
 qm̄ audiui vitupatōes multoꝝ z moratū i circuitu.  
 In eo dum conuenirent simul aduersum me:  
 accipere animā meam conciliati sunt.

**Eloha.** Ego autem in te sp̄raui Dōmine:  
 dixi Dē⁹ me⁹ es tu: i manib⁹ tuis sortes meæ  
 Eripe me de manu inimicorū meorū:  
 et a persequentibus me.

**El.** Illustra faciē tuā super seruū tuum:  
 saluū me fac in mīa tua Dōmine.  
 non confundar quoniam inuocaui te.  
 Erubescant impij z deducantur in infernū:  
 muta fiant labia dolosa.

Quæ loquuntur aduersus iustū iniquitatē:  
 in superbia et in abusione.  
 Quā magna multitudo dulcedis tuæ — dñe ..  
 quam abscondisti timentibus te.

**C**Psalmus David. xxx.  
**I**n te dñe sp̄raui nō cōfundar in æternum  
 et in iustitia tua erue me.

Inclina ad me aurem tuam:  
 accelera vt eximas me.  
 Esto michi i deū p̄tectorē z i domū refugij:  
 vt saluum me facias.

Quia fortitudo mea et refugium meum es tu:  
 et p̄pter nome tuū dux michi eris z enutries me.  
 Educes me d̄ muscula ista quā occultauerūt mihi  
 quoniam tu es protector meus.

In manus tuas cōmēdo sp̄itū meū:  
 redemisti me dñe deus veritatis.  
 Odisti obseruantes vanitatē:  
 superuacue.

Ego autē in domino sp̄raui:  
 exultabo z iocūdabor i tua misericordia.  
 Quia respexisti humilitatem meā:  
 saluā fecisti de necessitatibus animā meā.

Nec conclusisti me in manibus inimici:  
 statuisti in loco spaciofo pedes meos.  
 Miserere mei domine quoniam tribulor/  
 conturbatus est in ira oculus meus:  
 anima mea et venter meus.

Quoniam defecit in dolore vita mea:  
 et anni mei in gemitibus.  
 Infirmatus est in paupertate vigor meus:  
 et ossa mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos  
 factus sum opprobrium et vicinis meis nimis:  
 et timor notis meis.

\* Qui videbant me foras fugiebant a me:  
 oblitus sum tanq̄ mortuus a corde.  
 Factus sum tanq̄ vas perditum:  
 qm̄ audiui vitupatōes multoꝝ accolētū i circuitu

Dum congregarentur ipsi simul aduersum me:  
 vt acciperent animā meam conciliati sunt.  
 Ego autem in te sp̄raui domine:  
 dixi tu es deus me⁹: i manib⁹ tuis sortes meæ.

Erue me de manibus inimicorū meorū:  
 et a persequentibus me.  
 Illustra faciē tuam super seruū tuum:  
 saluū me fac in tua misericordia dñe.

non confundar quoniam inuocaui te.  
 Erubescāt impij et deducantur in infernum:  
 muta efficiantur labia dolosa.

Quæ loquuntur aduersus iustū iniquitatē:  
 in superbia et contemptu.  
 Quā magna multitudo dulcedinis tuæ dñe:  
 quam abscondisti timentibus te.

- 24 Perfecisti sperantibus in te:  
in conspectu filiorum hominum.
- 25 Abscondes eos in abscondito vultus tui:  
a conturbatione hominum.
- 26 Proteges eos in tabernaculo tuo:  
a contradictione linguarum.
- 27 Benedictus dñs qm̄ mirificauit misericordiam suam:  
in ciuitate circumstantiæ.
- 28 Ego autē dixi in extasi mea:  
proiectus sum a facie oculorum tuorum.
- 29 Ideo exaudisti vocem orationis meæ:  
dum clamarem ad te.
- 30 Diligite dominum omnes sancti eius:  
quoniam veritatem requirit dominus:  
et retribuet ijs qui abundanter faciūt superbiam.
- 31 Viriliter agite et confortetur cor vestrum:  
omnes qui speratis in domino.

exurrexi et adhuc sum tecum.
- Si occideris **DEUS** peccatores: **Eloha.**  
viri sanguinum declinate a me.
- Quia dicitis in cogitatione:  
accipient in vanitate ciuitates suas.
- Nonne qui oderunt te **DOMINE** oderam: **EL.**  
et super inimicos tuos tabescebam?
- Perfecto odio oderam illos:  
inimici facti sunt michi.
- Proba me **DEUS** et scito cor meum: **EL.**  
interroga me et cognosce semitas meas.
- Et vide si via iniquitatis in me est:  
et deduc me in via aeterna.

**Psalmus Dauidi.** cxxxviii.

- \* **A**ripe me **DOMINE** ab hoīe malo: **EL.**  
a viris iniquis eripe me.
- Qui cogitauerunt iniquitates in corde:  
tota die constituēbant p̄aelia.
- Acuerunt linguas suas sicut serpentes:  
venenū aspidū sub labijs eorum. **Selah.**
- Custodi me **DOMINE** de manu peccatoris **EL.**  
ab hominibus iniquis eripe me.
- Qui cogitauerunt supplantare gressus meos:  
absconderunt superbi laqueum michi.
- Et funes extēderunt in laqueum:  
iuxta iter scandalum posuerūt michi. **Selah.**
- Dixi **DOMINE DEUS** meus es tu: **EL. EL.**  
exaudi **DOMINE** vocē deprecationis meæ. **EL.**
- DOMINE DOMINE** virt<sup>us</sup> salutis meæ: **EL. Adonat**  
obumbrasti super caput meum in die belli. **EL.**
- Non tradas **DOMINE** desideriu p̄ctorū:  
cogitauerunt contra me / ne derelinquas me:  
ne forte exaltentur.
- Caput circuitus eorum:  
labor labiorum ipsorum operiet eos.
- Decidēt sup eos carbones / in ignē desicies eos:  
in miserijs non subsistent.
- Vir linguosus non dirigetur in terra:  
virū iniustum mala capient in interitū.
- Cognouit qz faciet **DOMINE** iudiciū fopis **EL.**  
et vindictam pauperum.
- Verū tamen iusti confitebuntur nomini tuo:  
et habitabunt recti cum vultu tuo.

**Psalmus Dauidi.** cxxx.

- D**omine clamaui ad te exaudi me: **EL.**  
intēde voci meæ cū clamauero ad te.
- Dirigat oro mea sicut icēsu i p̄spectu tuo

**64** elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.  
**64** Done DOMINE custodiam ori meo:  
 et ostium circumstantiae labijs meis.  
 Non declines cor meum in verba malitiae:  
 ad excusandas excusationes in peccatis.  
 Cum hominibus operantibus iniquitatem:  
 neq; ad communicandum eis electis eorum. \*  
 Corripiat me iustus in misericordia et increpet me: \*  
 oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.  
 Quia adhuc oratio mea in beneplacitis eorum:  
 absorpti sunt iuncti petrae iudices eorum.  
 Audient verba mea quoniam potuerunt:  
 sicut crassitudo terrae erupta est super terram.  
**Adonai** Dissipata sunt ossa nostra secus infernum:  
 quia ad te DOMINE DOMINE oculi mei  
 in te speravi non auferas animam meam.  
 Custodi me a laqueo quem statuerunt michi:  
 et a scandalis operantium iniquitatem.  
 Cadent in retiaculum eius peccatores:  
 singulariter sum ego donec transeam.

**ARBITRIUM.** Psalmus/oratio Christi domini secundum carnem dispensationem/quo modo Iudaei  
 ex lege quam inoffenso calle cucurrerunt voluerunt Christum dominum morti adiudicari, quod derelictus sit etiam a  
 notis et apostolis / quod nullus ex notis eius pro eo intercessor fuerit ut a morte liberaretur / quod persequentibus  
 eum data est potestas inualecendi in eum / quod ad ergastulum mortis pro nobis satisfactorius descende  
 rit ex quo petit educi et ad immortalem vitam reparari. Conciliatus versu secundo et tertio.

**64** **64** **64** **64** **64** **64** **64** **64** **64**  
 Psalmus Davidi. cxxxix.  
**Q**uod voce mea ad dominum clamavi  
 voce mea ad dominum in deprecationem suam.  
 Effundam in conspectu eius orationem meam \*  
 et tribulationem meam ante ipsum pronuntiabo. \*  
 Cum defecerit ex me spiritus meus:  
 et tu cognovisti semitas meas.  
 In via qua ambulabam:  
 absconderunt laqueum michi.  
 Considerabam ad dexteram et videbam:  
 et non erat qui cognosceret me.  
 Perijt fuga a me:  
 et non est qui requirat animam meam.  
**64** Clamaui ad te DOMINE dixi tu es spes mea:  
 portio mea in terra viventium.  
 Intende ad deprecationem meam:  
 quia humiliatus sum nimis.  
 Libera me a persequentibus me:  
 quia confortati sunt super me.  
 Educe de custodia animam meam:  
 ad confitendum nomini tuo:  
 me expectant iusti donec retribuas michi.

**ARBITRIUM.** Psalmus/oratio poenitentis ex calamitate mundanarum fallaciarum ad  
 deum humiliata mente revertentis.

**64** **64** **64** **64** **64** **64** **64** **64** **64**  
 Psalmus Davidi. cxxxix.  
**D**OMINE exaudi orationem meam/  
 auribus percipe obsecrationem meam:  
 in veritate tua exaudi me in tua iustitia.  
 Et non intres in iudicium cum seruo tuo:  
 quia non iustificabit in conspectu tuo omnis vivens.  
 Quia persecutus est inimicus animam meam:

elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.  
 Done domine custodiam ori meo: 3  
 et ostium circumstantiae circa labia mea. 3  
 Ut non declines cor meum in verba maligna: 4  
 ad excusandas excusationes in peccatis. 4  
 Cum hominibus operantibus iniquitatem: 5  
 et non combinabo cum electis eorum. 5  
 Emendabit me iustus in misericordia et arguet me: 6  
 oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum. 6  
 Quia adhuc oratio mea in beneplacitis eorum: 7  
 absorpti sunt iuxta petram iudices eorum. 7  
 Audient verba mea quoniam potuerunt: 8  
 sicut crassitudo terrae dirupta est super terram. 8  
 Dissipata sunt iuxta infernum ossa nostra: 9  
 quoniam ad te domine domine oculi mei:  
 in te speravi non auferas animam meam. 9  
 Custodi me a muscipula quam statuerunt michi: 10  
 et ab scandalis qui operantur iniquitatem. 10  
 \* Cadent in retia eius peccatores: 11  
 singulariter sum ego donec transeam. 11

**64** **64** **64** **64** **64** **64** **64** **64** **64**  
 Psalmus Davidi. cxxxix.  
**Q**uod voce mea ad dominum clamavi:  
 voce mea ad dominum in deprecationem suam.  
 Effundam autem eum in deprecationem meam: 2  
 tribulationem meam in conspectu eius. 2  
 Cum defecit me spiritus meus: 3  
 et tu cognovisti semitas meas. 3  
 In via hac qua ingrediebar: 4  
 absconderunt michi muscipulam. 4  
 Considerabam ad dexteram et videbam: 5  
 et non erat qui cognosceret me. 5  
 Perijt fuga a me: 6  
 et non est qui requirat animam meam. 6  
 Clamaui ad te domine dixi tu es spes mea: 7  
 portio mea in terra viventium. 7  
 Intende ad orationem meam: 8  
 quia humiliatus sum nimis. 8  
 Erue me a persequentibus me: 9  
 quoniam confortati sunt super me. 9  
 Erue de carcere animam meam: 10  
 ut confiteantur nomini tuo:  
 me sustinebunt iusti quoad usque retribuas michi. 10

**64** **64** **64** **64** **64** **64** **64** **64** **64**  
 Psalmus Davidi. cxxxix.  
**D**omine exaudi orationem meam 1  
 auribus percipe precem meam:  
 in veritate tua exaudi me in tua iustitia. 2  
 Et non intres in iudicium cum seruo tuo:  
 quia non iustificabitur coram te omnis vivens. 2  
 Quia persecutus est inimicus animam meam: 3



- humiliauit in terra vitam meam.  
 4 Collocauerunt me in tenebrosis sicut mortuos scilicet  
 et tedium passus est in me spiritus meus:  
 in me turbatum est cor meum.  
 5 Memoratus sum dierum antiquorum:  
 meditatus sum in omnibus operibus tuis:  
 in factis manuum tuarum meditatus sum.  
 6 Extendi manus meas ad te:  
 anima mea velut terra sine aqua tibi.  
 7 Cito exaudi me domine:  
 defecit spiritus meus.  
 8 Ne auertas faciem tuam a me:  
 similis ero descendentibus in lacum.  
 9 Audiam fac michi mane misericordiam tuam:  
 quia in te speraui.  
 10 Notam fac michi domine viam in qua ingrediar:  
 quoniam ad te leuaui animam meam.  
 11 Exime me de inimicis meis domine: quia ad te confugi:  
 doce me ut faciam voluntatem tuam:  
 quia tu es deus meus.  
 12 Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:  
 propter nomen tuum domine uiuificabis me  
 in tua iustitia.  
 13 Educes de tribulatione animam meam:  
 et in misericordia tua ad interitum deduces inimicos meos.  
 14 Et perdes omnes tribulantes animam meam:  
 quoniam seruus tuus sum ego.

**ARISTOTELIUM.** Psalmus / de precatio fidelis synagoga ut Christus dominus mitteret et malignas potestates destruerentur / et ne sic homines in perditionem ruerent quasi uana a deo creati et nullus finem suum percipiens. **Conciliatus** versu tertio / undecimo et duodecimo.

**Psalmus** David.

cxviii.

**Psalmus** David.

cxviii.

- B**enedictus dominus deus meus  
 qui docet manus meas ad praelium:  
 et digitos meos ad bellum.  
 2 Misericordia mea et refugium meum:  
 susceptor meus et erutor meus.  
 3 Protector meus et in ipso speraui:  
 qui subdit populum meum sub me.  
 4 Domine quid est homo quia innotuisti ei:  
 aut filius hominis quoniam aestimas eum?  
 5 Homo uanitati similis factus est:  
 dies eius sicut umbra praetereunt.  
 6 Domine inclina caelos tuos et descende:  
 tange montes et fumigabunt.  
 7 Corusca coruscationes et disperges eos:  
 emitte sagittas tuas et conturbabis eos.  
 8 Emitte manum tuam ex alto  
 et exime me et erue me de aquis multis:  
 de manu filiorum alienorum.  
 9 Quorum os locutum est uanitatem:  
 et dextera eorum dextera iniquitatis.  
 10 Deus canticum nouum cantabo tibi:  
 in psalterio decem chordarum psallam tibi.  
 11 Qui das salutem regibus: qui redemit  
 dauid seruum suum de gladio maligno erue me.  
 12 Et exime me de manu filiorum alienorum:

- humiliauit in terra vitam meam.  
 Collocauit me in obscuris sicut mortuos saeculi:  
 et anxius est super me spiritus meus:  
 in me turbatum est cor meum.  
 Memor fui dierum antiquorum:  
 meditatus sum in omnibus operibus tuis:  
 in factis manuum tuarum meditabar.  
 Expandi manus meas ad te:  
 anima mea sicut terra sine aqua tibi.  
 Cito exaudi me **DOMINE**:  
 defecit spiritus meus.  
 Non auertas faciem tuam a me:  
 et similis ero descendentibus in lacum.  
 Audiam fac michi mane misericordiam tuam:  
 quia in te speraui.  
 Notam fac michi viam in qua ambulem:  
 quia ad te leuaui animam meam.  
 Exime me de inimicis meis **DOMINE** ad te confugi:  
 doce me facere voluntatem tuam:  
 quia **DEUS** meus es tu.  
 Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:  
 propter nomen tuum **DOMINE**  
 uiuificabis me in aequitate tua.  
 Educes de tribulatione animam meam:  
 et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.  
 Et perdes omnes qui tribulant animam meam:  
 quoniam ego seruus tuus sum.

**ARISTOTELIUM.** Psalmus / de precatio fidelis synagoga ut Christus dominus mitteret et malignas potestates destruerentur / et ne sic homines in perditionem ruerent quasi uana a deo creati et nullus finem suum percipiens. **Conciliatus** versu tertio / undecimo et duodecimo.

**Psalmus** David.

cxviii.

- B**enedictus **DOMINUS DEUS** meus  
 qui docet manus meas ad praelium:  
 et digitos meos ad bellum.  
 Misericordia mea et refugium meum:  
 susceptor meus et liberator meus.  
 Protector meus et in ipso speraui:  
 \* qui subdit populum meum sub me.  
**DOMINE** quid est homo quia innotuisti ei:  
 aut filius hominis quia reputas eum?  
 Homo uanitati similis factus est:  
 dies eius sicut umbra praetereunt.  
**DOMINE** inclina caelos tuos et descende:  
 tange montes et fumigabunt.  
 Fulgura coruscationem et dissipabis eos:  
 emitte sagittas tuas et conturbabis eos.  
 Emitte manum tuam de alto  
 eripe me et libera me de aquis multis:  
 et de manu filiorum alienorum.  
 Quorum os locutum est uanitatem:  
 et dextera eorum dextera iniquitatis.  
 Deus canticum nouum cantabo tibi:  
 in psalterio decachordo psallam tibi.  
 \* Qui das salutem regibus:  
 \* qui redimit dauid seruum tuum de gladio maligno:  
 \* Exime me et erue me de manu filiorum alienorum:

64

64

Eloha

64

64 Sur.

64

64

quorum os locutum est vanitatem:
et dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorum filii sicut nouellae plantationes:
in iuuentute sua.

Hilia eorum compositae:
circuornatae ut similitudo templi.

Promptuaria eorum plena:
eructantia ex hoc in illud.

Oues eorum foetosa abundantes in gressibus suis:
boues eorum crasse.

Non est ruina maceriae neque transitus:
neque clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum cui haec sunt:

Eloha

beat' pp'ls cui' DOMINUS DEUS ei'

ARGUMENTUM. Psalm' / laus diuina a dei magnitudine / laudabilitate / magnificentia / gloria
sacritate / virtute / exuberanti bonitate / misericordie / longanimitate / suauitate / regnandi amplitudine / fide
litate / operu puritate / auxiliatrice virtute / sollicitata puidetia z ut cuiq' couenit dispesatioe / iustitia
vniuersae legis suae / z p oia incoinqnatioe / q' ppe adest oibus in veritate iuocabit' eu / q' timentiu se
voluntate implet / deprecatione exaudit z saluat eos / z diligetes se custodit: s; ipios z pctores disperdet.

Cociliat' versu quarto z sextodecimo. Aduerte tertio vsu magn' dñs i exemplarib' veritat' he-
braicae Hieronymi haberi magn' de': sed id arbitror medose. na passim in hebraeo hic reperit tetra-
gramaton. tralationis igit' hebraicae notef id viciatu atq' legedu vt z i nostra id est gallica editione z
alijs magnus dñs. Hic psalmus vnus est ex ijs qui thebilib' id est hymni / hebraice nominantur.

Psalmus Dauidi.

cxviii.

Psalmus Dauid.

cxviii.

Eloha

Altabo te DEUS meus rex:
et benedicam nomini tuo in saeculum:
et in saeculum saeculi.

Per singulos dies benedicam tibi:
et laudabo nome tuu i saeculu z i saeculum scil.

Eloha

Magnus DOMINUS et laudabilis nimis:
et magnitudinis eius non est finis.

Generatio et generatio laudabunt opera tua:
et potentiam tuam pronuntiabunt.

Magnificentia gloriae sanctitatis tuae loquent:
et mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribilium tuorum dicent:
et magnitudinem tuam narrabunt.

Memoria abundantiae suauitatis tuae eructabit:
et iustitia tua exultabunt.

Eloha

Miserator et misericors DOMINUS:
patiens et multum misericors.

Eloha

Suauis DOMINUS vniuersis:
et miserationes eius super omnia opera eius.

Eloha

Confiteant tibi DOMINE omnia opera tua:
et sancti tui benedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent:
et potentiam tuam loquentur.

Ut nota faciant filiis hominu potentia tua:
et gloriam magnificentiae regni tui.

Regnum tuum regnum omnium saeculorum:
et diuinitas tua in oi generatione z generatione.

Eloha

Fidelis DOMINUS in oibus verbis suis:
et sanctus in omnibus operibus suis.

Alleuat DOMINUS omnes qui corruunt:
et erigit omnes elisos.

quorum os locutum est vanitatem:
dextera eorum dextera iniquitatis.

Quorum filii ipsorum velut nouellae constabilitate: 13
in iuuentute sua.

Hilia eorum compositae: 14
et ornatae sicut similitudo templi.

Cellaria eorum plena: 15
eructantia ex hoc in hoc.

Oues eorum foetidae multiplicates in egressibus suis 16
boues eorum crasse.

Non est ruina saepis nec exitus: 17
nec clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum cui haec sunt: 18
beatus populus cuius dñs deus ipsius.

Altabo te deus meus rex:
et benedicam nomen tuum in saeculum:
et in saeculum saeculi.

Per singulos dies benedicam te:
et laudabo nome tuum i scil'm z in saeculum scil.

Magnus dominus et laudabilis valde: 3
et magnitudinis eius non est finis.

Generatio et generatio laudabit opera tua: 4
et virtutem tuam annuntiabunt.

Et magnificentia gloriae sanctitatis tue loquent: 5
et mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem metendorum tuorum dicent: 6
et magnitudinem tuam enarrabunt.

Memoria abundantiae suauitatis tuae eructabunt: 7
et iustitia tua exultabunt.

Miserans et miserator dominus: 8
longanimis et multum misericors.

Suauis dominus omnibus: 9
et miserationes eius in omnia opera eius.

Confiteantur tibi domine omnia opera tua: 10
et sancti tui benedicant te.

Gloriam regni tui dicent: 11
et potentiam tuam loquentur.

Ut notam faciant filiis hoim potentiam tua: 12
et gloriam magnitudinis decoris regni tui.

Regnum tuum regnum omnium saeculorum: 13
et diuinitas tua in oi generatione et generationem.

Fidelis dominus in verbis suis: 14
et sanctus in omnibus operibus suis.

Confirmat dominus omnes decedentes: 15
et erigit omnes elisos.

- 16 Oculi omnium in te sperant:  
et tu das escam illis in oportunitate.
- 17 Aperis tu manum tuam:  
et imple omne animal benedictione.
- 18 Iustus dominus in omnibus vijs suis.  
et sanctus in omnibus operibus suis.
- 19 Prope est dñs omnibus inuocantibus eum:  
omnibus qui inuocant eum in veritate.
- 20 Voluntatem timentium se faciet:  
et preces eoz exaudiet / et saluos faciet eos.
- 21 Custodit dominus omnes diligentes se:  
et omnes peccatores disperdet.
- 22 Naudem domini loquetur os meum:  
et benedicat omnis caro nomen sanctum eius:  
in sæculum et in sæculum sæculi.

**ARISEMENTUM.** Psalm⁹ / fidelis laus / q̄ q̄d̄iu viuim⁹ diuinæ laudes sunt meditandæ / q̄ nequaq̄ in potentibus hui⁹ sæculi sed in deo solo spes nostra ponenda est / qui beati / quãra dei benignitas / z q̄ æternum eius regnum. **C**onciliatus versu secundo et tertio.

**C**Psalmus.

cxlxxv.

- 1 **L**auda anima mea dominum:  
laudabo dominum in vita mea:  
psallam deo meo q̄d̄iu sum.
- 2 Nolite confidere in principes:  
et in filios hominũ in quibus non est salus.
- 3 Exiit sp̄s eius et reuertetur in terram suam: \*  
in illa die peribunt omnes cogitationes eius.
- 4 Beat⁹ cui⁹ deus iacob adiutor est ei⁹ spes illi⁹  
in dñm deum ipsius qui fecit cælum z terram:  
mare et omnia quæ in eis sunt.
- 5 Qui custodit veritatem in æternum  
facientem iudicium iniuriam accipientibus:  
dat escam esurientibus.
- 6 Dominus soluit compeditos:  
dominus erigit elisos.
- 7 Dominus sapientes facit cæcos:  
dominus diligit iustos.
- 8 Dñs custodit pselytos / orphanũ z viduã suscipiet  
z exterminabit viam peccatorum.
- 9 Regnabit dominus in æternum:  
deus tuus sion in generatione z generatione

**ARISEMENTUM.** Psalm⁹ / laus altera fidelis / q̄ dñi est edificare Ierusalẽ q̄ e ecclesia sc̄toꝝ et ad eã sepatos colligere / q̄ ei⁹ est sanare / p̄trita solidare / nũmerũ saluãdoꝝ nosse / q̄ potẽtiã eius z sapiẽtiã nõ est nũmer⁹ / q̄ hũiles exaltat z deprimiit sup̄bos. q̄ eos ecclesiæ p̄ficat q̄ eã fecundis doctrinæ hymbub⁹ irrigat / q̄ principib⁹ dat prudentiã qua subditos pascat / q̄ gẽtili populo z filiis eozũ q̄ contra eum obgannunt corpus suum dat in cibum / in quibus sit dei beneplacitum et bona voluntas q̄ non in vanis huius sæculi pompis sed in timoratis et sperantibus in eo.

**C**Psalmus.

cxlxxvi.

- 1 **L**audate dñm quoniam bonus psalmus:  
deo nostro iocunda sit laus.
- 2 Edificans hierusalem dominus:  
et dispersiones israelis colligens.
- 3 Qui sanat contritos corde:  
et alligat contritiones eorum.
- 4 Qui numerat multitudinem stellarum:  
et omnibus eis nomina vocans.
- 5 Magnus dñs noster z magna virtus eius:

- \* Oculi omnium in te sperant — dñe: ..  
et tu das illis escam in tempore oportuno.
- Aperis tu manum tuam:  
et imple omne animal benedictione.
- Iustus **DOMINUS** in omnibus vijs suis:  
et sanctus in omnibus operibus suis.
- Prope est **DOMINUS** oib⁹ iuocãtib⁹ eum:  
omnibus inuocantibus eum in veritate.
- Voluntatem timentium se faciet:  
et deprecationẽ eoz exaudiet z saluos faciet eos.
- Custodit **DOMINUS** omnes diligentes se:  
et omnes peccatores disperdet.
- Naudationẽ **DOMINUS** loquetur os meum:  
et benedicat omnis caro nomini sancto eius:  
in sæculum et in sæculum sæculi.

**C**Psalmus.

cxlxxv. Halelu Jah.

- 1 **L**auda anima mea **DOMINUM**:  
laudabo **DOMINUM** i vita mea:  
psallam **DEO** meo q̄d̄iu fuero.
- 2 Nolite confidere in principibus:  
in filiis hominum quibus non est salus.
- 3 Exiit sp̄s eoz et reuertent in terram suam:  
in illa die peribunt oēs cogitationes eorum.
- 4 Beat⁹ cui⁹ **DEUS** Iacob adiutor ei⁹ / spes eius  
in **DOMINUS DEUS** ipsi⁹ q̄ fecit cælũ terrã:  
mare et omnia quæ in eis sunt.
- 5 Qui custodit veritatem in sæculum  
facit iudicium iniuriam patientibus:  
dat escam esurientibus.
- 6 **DOMINUS** soluit compeditos:  
**DOMINUS** illuminat cæcos.
- 7 **DOMINUS** erigit elisos:  
**DOMINUS** diligit iustos.
- 8 **DOMINUS** custodit aduenas / pupillũ z vi  
duã suscipiet et vias peccatorum disperdet.
- 9 Regnabit **DOMINUS** in secula:  
**DEUS** tuus Sion in generatiõe z gñatione.

**C**Psalmus.

cxlxxvi. Halelu Jah.

- 1 **L**audate dñm qm̄ bonus est psalmus:  
**DEUS** nro sit iocũda dcoꝝq̄ laudatio
- 2 Edificas Ierusalem **DOMINUS**  
dispersiones Israelis congregabit.
- 3 Qui sanat contritos corde:  
et alligat contritiones eorum.
- 4 Qui numerat multitudinem stellarum:  
et omnibus eis nomina vocat.
- 5 Magn⁹ **DOMINUS** nr̄ z magna virt⁹ eius: **Adon**

et sapientiae eius non est numerus.  
**64** Suscipiens mansuetos **DOMINUS**:  
 humilians autem peccatores vsq; ad terram.  
**65** Precinite **DOMINUS** in confessione:  
 psallite **DEO** nostro in cithara.  
**Elohe** Qui operit caelum nubibus:  
 et parat terrae pluuiam.  
 Qui producit in montibus foenum et herbam  
 seruituti hominum.  
 Qui dat fumentis escam ipsorum:  
 et pullis coruorum inuocantibus eum.  
 Non in fortitudine equi voluntatem habebit:  
 nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.  
**66** Beneplacitum est **DOMINUS** super timetes eum  
 et in eis qui sperant super misericordia eius.

**ARSUMMENTUM.** Psalmus/ laus alia i spu p pismostrata q snt ciuitas pacificoꝝ cui portae  
 aduersus hostiles naquitias angeloz custodia vallatae sunt/ cuius filii du i ea manet bndicti/ quae  
 pane illo purissimo viuit qui de caelo descendit/ q verbo abbreviato pascit qd fecit verbu aeternu de  
 caelo in terra transmissum/ q regenerationis ablutione sup niue cadet/ in qua indurati z glaciati diuino  
 verbo et spiritustanti calore soluunt hymbresq; diuinae gratiae recipiunt/ in ea dei verbu audit z iudi  
 cia eius agnoscunt/ neq; fecit talia de omni genti/ neq; iudicia eius vbiuis gentiu cognita snt alibi.

**Psalmus.** cxxxvii.  
**67** **Elohe** **L**auda Jerusalem **DOMINUM**:  
 lauda **DEUM** tuum Sion.  
 Quonia confortauit serasportarum tuarum:  
 benedixit filiis tuis in te.  
 Qui posuit fines tuos pacem:  
 et adipe frumenti satiat te.  
 Qui emittit eloquium suum terrae  
 velociter currit sermo eius.  
 Qui dat niuem sicut lanam:  
 nebulam sicut cinerem spargit.  
 Mittit crystallum suam sicut buccellas  
 ante faciem frigoris eius:  
 quis sustinebit?  
 Emittet verbum suum et liquefaciet ea:  
 stabit spiritus eius et fluent aquae.  
 Qui annunciat verbum suum Iacob:  
 iustitias et iudicia sua Israel.  
 Non fecit taliter omni nationi:  
 et iudicia sua non manifestauit eis. **Halelu Jah.**

**ARSUMMENTUM.** Psalmus/ laus a caelestibus et terrestribus.  
**Psalmus.** cxxxviii. **Halelu Jah.**  
**68** **L**audate **DOMINUM** de caelis:  
 laudate eum in excelsis  
 Laudate eum omnes angeli eius:  
 laudate eum omnes virtutes eius.  
 Laudate eum sol et luna:  
 laudate eum omnes stellae et lumen.  
 Laudate eum caeli caeloꝝ aque q sup caelos snt  
 laudent nomen **DOMINI**.  
**69** Quia ipse dixit et facta sunt: ..  
 ipse mandauit et creata sunt.  
 Statuit ea in saeculum et in saeculum saeculi:  
 praecceptum posuit et non praeteribit.  
**70** Laudate **DOMINUM** de terra:

et intelligentiae eius non est numerus.  
 Suscipiens mansuetos dominus:  
 humilians autem peccatores vsq; ad terram.  
 Incipite domino in confessione:  
 psallite deo nostro in cithara.  
 Qui cooperit caelum nubibus:  
 et parat terrae pluuiam.  
 Qui exoriri facit in montibus foenum et herbam:  
 seruituti hominum.  
 Et dat pecoribus escam ipsorum:  
 et pullis coruorum qui inuocant eum.  
 Non in potentatu equi voluntatem habebit:  
 nec in tabernaculis viri bene sentiet.  
 Bene sentiet dominus timentibus in eum:  
 et in iis qui sperant in misericordia eius.

**Psalmus.** cxxxvii.  
**71** **L**auda hierusalem dominum:  
 lauda deum tuum sion.  
 Qui confirmauit vectes portarum tuarum:  
 benedixit filios tuos in te.  
 Qui posuit fines tuos pacem:  
 et adipe frumenti satians te.  
 Qui emittit verbum suum terrae:  
 vsq; in velocitatem currit verbum eius.  
 Dat niuem velut lanam:  
 nebulam velut cinerem spargit.  
 Qui emittit crystallum suam velut frusta panis  
 in faciem frigoris eius:  
 quis subsistet?  
 Emittet verbum suum et tabefaciet ea:  
 spirabit spiritus eius et profluent aquae.  
 Annuncians verbum suum iacob:  
 iustitias et iudicia sua israel.  
 Non fecit sic vniuersae genti:  
 iudicia sua non manifestauit eis.

**Psalmus.** cxxxviii.  
**72** **L**audate dominum de caelis:  
 laudate eum in excelsis.  
 Laudate eum omnes angeli eius:  
 laudate eum omnes virtutes eius.  
 Laudate eum sol et luna:  
 laudate eum omnes stellae et lumen.  
 Laudate eum caeli caeloꝝ aque q sup caelos sunt  
 laudent nomen domini.  
 Quia ipse dixit et facta sunt:  
 ipse mandauit et creata sunt.  
 Statuit ea in saeculum et in saeculum saeculi:  
 praecceptum posuit et non praeteribit.  
 Laudate dominum de terra:

- dracones et omnes abyssi.
- 8 Ignis grando nix glacies spiritus tempestatis: quæ faciunt verbum eius.
- 9 Montes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri.
- 10 Bestiæ et omnia pecora: reptilia et volatilia pennata.
- 11 Reges terræ et omnes populi: principes et omnes iudices terræ.
- 12 Iuvenes et virgines senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius.
- 13 Confessio eius in cælo et in terra: et exaltauit cornu populi sui.
- 14 Hymnus omnibus sanctis eius: filiis israel/populi appropinquantes sibi.

ARGUMENTUM. Psalmus/laus a terrena et adhuc militante ecclesia.

Psalmus. cxxxviiiij.

- 1 **A**ntate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.
- 2 **L**ætetur israel in eo qui fecit eum: et filii sion exultent in rege suo.
- 3 **L**audent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei.
- 4 **Q**uoniam benefacit dominus in populo suo: et exaltabit mansuetos in salutem.
- 5 **E**xultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.
- 6 **E**xultationes dei in faucibus eorum: et framee bis acutæ in manibus eorum.
- 7 **A**d faciendas vindictas in gentibus: obiurgationes in populis.
- 8 **U**t alligent reges eorum in compedibus: et nobiles eorum in vinculis ferreis.
- 9 **U**t faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius.

ARGUMENTUM. Psalmus/laus ab ecclesia cælesti. Conciliatus versu primo.

Psalmus. d.

- 1 **L**audate dominum in sanctis eius: \* laudate eum in firmamento virtutis eius.
- 2 **L**audate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
- 3 **L**audate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cithara.
- 4 **L**audate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo.
- 5 **L**audate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis omnis spiritus laudet dominum.

**E**xpleta hac per Christi dei gratiam psalteriorum peraplo: non absolum forte videbit si ad quid per pia deuotione quisque psalmus (ut potissimum sensit Athanasius) dicendus sit: breuissimam descriptionem et cum hoc quasi totius psalterij breuissimum subnectamus epilogum, ut pijs quos similis deuotio tanget: ex descriptione quod sua iuuat deuotionem facile reperiant. in quibus omnibus Christiformem quandam imitationem meditari oportet et quandam querere spiritus consolationem/non vane/non curiose orantes/nichil nobis ipsi et orationi nostrae tribuentes sed supernae benignitati/sauori et gratiae omnia. **N**unc igitur ad psalmozum seriem et descriptionem subnectendam procedamus.

- dracones et omnes abyssi.
- Ignis grando nix glacies spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.
- Montes et omnes colles: ligna fructifera et omnes cedri.
- Bestiæ et vniuersa pecora: serpentes et volucres pennatae.
- Reges terræ et omnes populi: principes et omnes iudices terræ.
- Iuvenes et virgines senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius.
- Confessio eius super cælum et terram: et exaltauit cornu populi sui.
- Hymnus oibus sanctis eius: **Halelu Jah.**
- filiis israel/populo appropinquanti sibi.

ARGUMENTUM. Psalmus. cxxxviiiij. Halelu Jah

Psalmus. cxxxviiiij. Halelu Jah

- 1 **A**ntate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.
- 2 **L**ætetur israel in eo qui fecit eum: et filii sion exultent in rege suo.
- 3 **L**audent nomen eius in choro: in tympano et psalterio psallant ei.
- 4 **Q**uoniam placitum est domino in populo suo: et exaltabit mansuetos in salutem.
- 5 **E**xultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.
- 6 **E**xultationes dei in gutture eorum: et gladij ancipites in manibus eorum.
- 7 **A**d faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.
- 8 **U**t alligandos reges eorum in compedibus: et nobiles eorum in manibus ferreis.
- 9 **U**t faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est oibus sanctis eius. **Halelu Jah.**

ARGUMENTUM. Psalmus. cxxxviiiij. Halelu Jah.

Psalmus. cxxxviiiij. Halelu Jah.

- 1 **L**audate dominum in sancto eius: \* laudate eum in firmamento virtutis eius.
- 2 **L**audate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.
- 3 **L**audate eum in sono tube: laudate eum in psalterio et cithara.
- 4 **L**audate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo.
- 5 **L**audate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis omnis spiritus laudet dominum. **Halelu Jah. Jah**

**Ad qd pro pia deuotione psalmi dicendi**

Quem dicere possis beatum cogitans: dic 1  
Ex iudæoz i Chriſtū iſidiſs/ alioz i te patſeter ferēs: dic 2  
Multipliſati ſunt in te hoſtes: dic 3  
Exauditus es a deo/ gratias agens: dic 4  
Vides parari tibi inſidias: dic 5  
Minas dei ſentis et territam te vides: dic 6  
Machinantur in te concilium: dic 7  
Mirifica Chriſti meditaris opera: dic 8  
Coerceri inimicum vis et creaturam ſaluari: dic 9  
Te quis metu affecit: dic 10  
Abundat malitia: conſugiens ad deum: dic 11  
Perſeuerant in te inimicorum inſidia: dic 12  
Audis impios contra deū z prouidentia loquētes: dic 13  
Qui regnum cælorum ſunt ingreſſuri: dic 14  
Sperans in dño/ de futura reſurrectione gaudes: dic 15  
Fatigatus ab hoſtibus refrigerium petis: dic 16  
Liberatus es ab aduerſitatibus aut inimicis: dic 17  
Miraris ordinem rerum et prouidentia gratiam: dic 18  
Bonos tribulatos vides/ aut illis bona impreſaris: dic 19  
Aduerſarios Chriſti ſuccumbere vides: dic 20  
Meditatione paſſionis patientiam cupis: dic 21  
Tentationes deſunt et proſpera tibi aſſunt: dic 22  
Qui beatitudinem ſunt accepturi cogitas: dic 23  
Irritant te inimici: dic 24  
Inconſcium te ſentens/ a deo iudicium petis: dic 25  
Fidis in deo graſſantibus in te inimicis: dic 26  
Anxietas te angit et vitæ tædium: dic 27  
Munus deo offers: dic 28  
Liberatus es ab iſs quæ te premebant malis: dic 29  
Oppreſſus malis/ in deo fidis: dic 30  
Miſericordiam dei cōſecutorz ſcelicitatem cogitas: dic 31  
In cœtu iuſtorum verſaris: dic 32  
Liberat⁹ a malis mites puocas ad gratias agēdas: dic 33  
Aduerſariis tuis reſiſtere non potes: dic 34  
Malos vides ſibiipſis cauſam mali eſſe: dic 35  
Mali z ſuperbi in paruos et humiles ſuperbiunt: dic 36  
Iram dei times: dic 37  
Iniuſte accuſant te ſcleris/ inimici: dic 38  
Poſt longam expectationem a malo liberatus: dic 39  
Miſericordem vides ſiue pſperantē ſiue depreſſum: dic 40  
Lacſſeris ab impijs/ deum deſiderans: dic 41  
Fallo iudicio humano tractaris: dic 42  
Recordaris antiqua dei beneficia: dic 43  
Egreſſū Chriſti a p̄re ad humanationē meditaris: dic 44  
Conſugiens ad deum/ mala quæ premebāt euāſiſti: dic 45  
Mouus populus regno Chriſti accreſcit: dic 46  
Chriſti formem eccleſia ſtatū animo verſas: dic 47  
Status ſcelicium et miſerorū occurrit cogitādus: dic 48  
Hoſſe vis quomodo in ſcdo aduentu liberaberis: dic 49  
Pœnitens ex peccato redis ad deum: dic 50  
Vides impium in malitia gloriāntem: dic 51  
Ad idem dic 52  
Quærunte hoſtes ad iniuſte perdendum: dic 53  
Preſſus hominum nœquitia: ad deum conſugiēs dic 54  
A grauiſſima hoim preſſura exauditus euāſiſti: dic 55  
Deus aduerſus quosq; inſultus miſeri⁹ eſt tuſ: dic 56

**Epilogus psalmoz.**

De beatitudine Chriſti. dic 1  
De conciliis in eum. dic 2  
De pſecutione z reſurrectione eius. dic 3  
De vocatione gentium. dic 4  
Qui odio habentur a deo. dic 5  
De pœnitentia. dic 6  
Oratio inſontis. dic 7  
De aſcēſiōe z poteſtate Chriſti. dic 8  
Gratiarū actio et exauditio p̄iorum. dic 9  
De ſolitudine Chriſti. dic 10  
De paucitate p̄iorum. dic 11  
Oratio pro ſalute hebræozum. dic 12  
Inrepatio impiorum. dic 13  
De cōuerſatione Chriſti. dic 14  
De mirificatione z hereditate eius. dic 15  
P̄iorum ſpiritualis oratio. dic 16  
De Chriſti z patris mutua dilectiōe. dic 17  
De beneficiis aduentus Chriſti. dic 18  
Optio q; Chriſto cōſp̄era ſozent. dic 19  
De exauditione z b̄ndictiōe Chriſti. dic 20  
De paſſione domini. dic 21  
Gratiarū actio beneficiorum dei. dic 22  
De baptiſmo et aſcēſiōe domini. dic 23  
Oratio fidelium opem poſcentium. dic 24  
De innocentia Chriſti domini. dic 25  
De ſecuritate Chriſti in tribulatione. dic 26  
Deprecatione Chriſti p̄ p̄plo fidelī. dic 27  
De diuinitate verbi qd caro factū eſt. dic 28  
De reductione Chriſti ab inferis. dic 29  
De anxietate vitæ Chriſti. dic 30  
Oratio pœnitentis. dic 31  
De exultatiōe cognitiōis vni trini dei dic 32  
De diuina p̄tectione timentū dei. dic 33  
De machinatiōe z falſis teſtib⁹ i xpm dic 34  
Q; ſua ſponte ſūt mali z dei ope boni dic 35  
ſpiritualis inſtructio ad ſalutem. dic 36  
Oratio ad dei mitigandam iram. dic 37  
De custodia oris et contēptu mundi. dic 38  
Gratiarū actio z quādo Chriſt⁹ venit dic 39  
De b̄ritudie imitatiū Chriſti paup̄tatē dic 40  
De deſiderio p̄iorum videndi deum. dic 41  
Confelſio trinæ beatitudinis. dic 42  
Eiectio iudæoz z martyz afflictio. dic 43  
De vtraq; Chriſti generatione. dic 44  
De pſecutionibus eccleſia. dic 45  
Inuitatio gentium ad lætitiā. dic 46  
De eccleſia Chriſti domini. dic 47  
De perditione iudæz cōpliciū eius. dic 48  
De manifeſtatione trinitatis. dic 49  
Oratio pœnitentis. dic 50  
De vltione dei in impios. dic 51  
De homine peccati et ſecta eius. dic 52  
Oratio Chriſti in inſurgentes in eſt. dic 53  
De oſozib⁹ xpi z domeſtico p̄ditore. dic 54  
Oratio humilium z depreſſorum. dic 55  
Oratio Chriſti in paſſione. dic 56

Ad hipocritarum & falsoꝝ iudæoꝝ conuersionem: dic 57  
**I**nsurgunt in te hostiles cateruæ: dic 58  
**D**ura passus es / quasi flagellum dei expertus: dic 59  
**T**e malignus angit / omnium hominū inimicus: dic 60  
**T**entationes sentis ad delinquendum te trabentes dic 61  
**S**olitudines ppter deū aut in persecutionibus petis dic 62  
**T**imes falso criminantium linguas: dic 63  
**T**e laudandi deum arripit deuotio: dic 64  
**C**hristi religionem longe diffundi cupis: dic 65  
**M**isericordiam et illuminationem a deo postulas: dic 66  
**A** malignis spiritibus nocumentum times: dic 67  
**I**n magnis angustiis es constitutus: dic 68  
**T**imes insultum / aiām tuā diripere uolentium: dic 69  
**S**it te (cū deo seruias) neq̄ & a deo derelictū iudicāt: dic 70  
**F**alsum ab hoibus iudiciū sustinēs i deo cōsoleris et dic 71  
**C**idens malos psperari / ne scandalizeris sed dic 72  
**P**opulū fidelem uides afflictum / precare deum et dic 73  
**D**iuersas hoim sortes uides ne ascribe fortunæ: sed dic 74  
**D**iuini uerbi incarnatio te ducit in admirationem dic 75  
**A**d uersus terrena ex spiritualibus psolationē cupis: dic 76  
**Q**uod deus legē seruari uelit ex antiquis nosse uis: dic 77  
**H**ostiles impetus loca dei desolarunt: dic 78  
**A**liquos sacris mysteriis imbui optas: dic 79  
**A**liquid lætū superuenit aut celebritas adest: dic 80  
**A**rdū negociū / aliq̄ iudicio aut delectui cōmissū: dic 81  
**C**ertamen aut bellū est impioꝝ contra pios: dic 82  
**I**n sacro aliquo loco / dei seruitio mācipatus es: dic 83  
**D**e uirgine quæ fructum uitæ attulit cogitas: dic 84  
**P**uritatē uitæ in paupertate retines: dic 85  
**L**oca sancta / recte gubernari optas: dic 86  
**A**nxiatus est in te spiritus tuus: dic 87  
**M**isericordiam a deo consecutus es: dic 88  
**A**d idem. dic 89  
**T**e aut alios exhortatos ad religionem cupis: dic 90  
**N**osse uis quid faciendū festa postulent: dic 91  
**D**esideras in cultu dei animas esse purgatas: dic 92  
**A**udis blasphemos et dei contemptores: dic 93  
**A**dest celebritas: dic 94  
**B**eneficium noui testamenti cogitas: dic 95  
**F**uturi iudicii mentem subit cogitatio: dic 96  
**A**udis miracula nouæ legis: dic 97  
**O**rare uis pro iis qui legem recipiunt: dic 98  
**A**d idem. dic 99  
**M**isericordiam ad pię uiuendū postulas: dic 100  
**U**itæ malis afficeris / consolans te in deo: dic 101  
**G**ratias deo de beneficiis agere uis: dic 102  
**P**rouidentiam dei ex ueteri lege laudare uis: dic 103  
**A**d idem. dic 104  
**A**d idem. dic 105  
**A**d idem. dic 106  
**A**lacrem te sentis ad orandum: dic 107  
**F**alsas in te sentis linguarum calumnias: dic 108  
**C**onsubstantialitatem Christi cogitas: dic 109  
**C**ū multitudine ad mēsa **C**H**R**I**S**T**I** **A**cce<sup>d</sup>is: dic 110  
**D**ei timorem postulas: dic 111  
**D**e mensa ei⁹ / & perceptione imaculati agni uenis: dic 112

**I**ncrepatio malorum:  
**O**ratio Christi & peccatū iudæoꝝ.  
**L**amentabilis oratio synagogæ.  
**O**ratio fidelis populi ubiuis gentiū.  
**P**ia sui ipsius in deum exhortatio.  
**D**e cōtēplatione Christi in deserto.  
**D**e festiuata passione Christi.  
**D**e baptisimo & alimento nouæ legis  
**I**nuitatio omnium ad dei cultum.  
**P**etitio uisitatiois a Christo salutari  
**D**e resurrectione Christi & q̄ secuta sūt.  
**D**e afflictionib⁹ Christi & ritu nouo.  
**D**e reductione Christi ab inferis.  
**Q**uod Christus litteras non didicerit.  
**Q**uod omne iudiciū dedit pater filio.  
**D**e nemesi Christi.  
**D**e diuturna afflictione populi sc̄ti.  
**C**onfessio mirabilium dei.  
**U**bi Christus habitaret in terris.  
**C**onfessio spūalis in tribulatione.  
**Q**uod Christi locutus⁹ erat i parabola.  
**F**igura persecutionis martyrum.  
**P**ostulatio apparitōis xp̄i i iudæa.  
**F**igura memoriæ noui sacramenti.  
**C**onfessio synagogæ a Christo.  
**F**igura belloꝝ ptra populū sanctum  
**D**esiderium supernæ habitationis.  
**D**e præscificatiōe uirginis **D**eiparæ  
**Q**uod oēs gētes fidē sint pcepturæ.  
**D**e ecclesia Christi et regentis i ea.  
**D**e descensu Christi ad inferos.  
**P**romissiones nobis factæ i Christo  
**D**e benignitate et potentia dei.  
**D**e tentatione Christi a diabolo.  
**Q**uānoxia et fragilia pctōꝝ oblecta:  
**D**e regno Christi. (mēta.  
**C**lūctio et uindicta deo relinquenda.  
**E**xcitatio spūalis ad exultādū i deo.  
**L**audād⁹ de⁹ in factis nouæ legis.  
**D**e nouissimo iudicio et signis eius.  
**M**ira nouæ legis narranda.  
**I**nuitatio gentium ad lætitiām.  
**I**nuitatio ad lætandum in deo.  
**Q**ue cōuersatio Christi in terris.  
**I**nuocatio dei in longa oppressione.  
**G**ratiarum actio pro beneficiis dei.  
**D**e prouidentia dei.  
**L**aus ueteris synagogæ.  
**A**lia laus eiusdem.  
**C**onfessio ei⁹ et q̄dā Christi signa.  
**D**e p̄optitudine & obediētia Christi  
**D**e blasphemis et **J**uda proditore.  
**D**e sessione Christi i dextera patris.  
**D**e institutione uiuificæ eucharistiæ  
**D**e timore dei.  
**H**ymnus Christi peracta cēna.

**Ad qd pro pia deuotione psalmi dicendi**

**T**e agnoscens a seruitute diaboli ereptum  
**B**enignitatem dei cogitans:  
**I**mmolare deo sacrificium vis:  
**D**iuitem in omnes dei misericordiam laudare vis:  
**S**pem firmam et in deum rectam postulas:  
**Q**ue sint studia pietatis et vitæ/nosse vis:  
**N**e te ledant peruersæ doctrinæ linguæ:  
**U**erum auxilium vnde sit contemplans:  
**T**e desiderium alterius meliorisq; vitæ capit:  
**T**e mundi fastus fatigat:  
**S**uperasti pericula supra vires:  
**C**ogitas angelos bonorum esse custodes:  
**P**lagam communem amouit deus:  
**C**u cogitas in potestate alicuius non esse saluari:  
**O**ptas alicui dei timorē et benedictionem:  
**S**epe tentatas tibi insidias deuitasti:  
**C**ompunctum te corde et animo sentis:  
**T**e propter deum humilias:  
**P**acem ⁊ mansuetudinem cum omnibus obseruas:  
**I**nter vnionis fraternæ amatores versaris:  
**A**ccessus fit ad synaxim et sancta sanctorum:  
**P**recepta sunt sancta:  
**A**d idem:  
**T**e cogitatus ex spiritualibus ad vana deieci:  
**T**e sanctam legem percepisse recordaris:  
**D**e præscientia et prædestinatione cogitas:  
**E**s vbi peruersa sunt doctrinæ dogmata:  
**T**imes ne in verbo offendas:  
**A**mici et notî deseruerunt te/ora ⁊  
**P**oenitentiam agis:  
**V**ictor euasisti de inimicis tuis:  
**D**iam/benignitatē/potentiā et puidētā dei cogitas:  
**C**ogitas te moriturum:  
**P**otentia/sapientia et beneficentia dei mentē subit:  
**P**ost scismata/bella ⁊ pressuras succedit pax:  
**O**rdinem creaturarum mente agitas:  
**C**ertans adhuc ecclesia obuersatur animo:  
**C**ælestem ⁊ triumphatē ante oculos collocas:

**Epilogus psalmoz.**

dic 113 **F**igura liberationis nræ a diabolo.  
dic 114 **C**hristus semper a patre auditus:  
dic 115 **D**e extasi Christi et eius calice.  
dic 116 **L**ocatio gentium ad laudē trinitatis  
dic 117 **D**e lapide aglari Christo **I**HESU  
dic 118 **O**ctonariæ spirituales meditatioes.  
dic 119 **D**e fugienda infidelitate.  
dic 120 **D**e vera magnanimitate.  
dic 121 **D**e vera voluptate.  
dic 122 **D**e charitate ad deum.  
dic 123 **D**e confidentia in deo.  
dic 124 **D**e vera spe.  
dic 125 **D**e charitate ad proximum.  
dic 126 **D**e vera fide.  
dic 127 **D**e timore dei.  
dic 128 **D**e pio zelo.  
dic 129 **D**e oratione et poenitentia.  
dic 130 **D**e vera humilitate.  
dic 131 **D**e vera mansuetudine.  
dic 132 **D**e fraternæ vnione.  
dic 133 **D**e sacrosancta synaxi.  
dic 134 **B**eneficiorum dei agnitio.  
dic 135 **D**e eodem.  
dic 136 **F**igura lapsorū ex spūalib⁹ ad terrena  
dic 137 **D**e msa ⁊ veritate dei vbiq; pcepta.  
dic 138 **E**t præscientia et immensitate dei.  
dic 139 **D**e auersione ab hæresibus.  
dic 140 **D**eî munus esse a peccato seruari.  
dic 141 **D**erelictio Christi ⁊ descēs⁹ ad inferos  
dic 142 **O**ratio poenitentis.  
dic 143 **P**etitio vt Christus mitteretur.  
dic 144 **L**aus a dei attributis.  
dic 145 **D**e laude ⁊ regno dei æterno.  
dic 146 **Q** omne bonū ex prouidētia dei fit.  
dic 147 **D**e ciuitate pacis q̄ est piorum cœt⁹  
dic 148 **L**aus a cælestibus et terrestribus.  
dic 149 **L**aus ab ecclesia inferiori.  
dic 150 **L**aus a superiori ⁊ cælesti.

**H**uic operi extrema manus apposita est die quintadecima mensis  
Maij. Anno a natali christi dñi 1515. Arte et industria **H.** Petri oliuier  
Impressoris Cre et expensis **M**ichaelis angier vniuersitatis **C**ado-  
mensis librarij et ligatoris bene meriti in parrochia sancti **P**etri iux-  
ta pontem degentis. **DEO GRATIAS.**



euotione psalmi dicendi

Epilogus psalmoz. 292

aeor conuersionem: dic 57  
 a: dic 58  
 um dei expertus: dic 59  
 dominū inimicus: dic 60  
 uendum te trahentes dic 61  
 persecutionibus petis dic 62  
 guas: dic 63  
 uotio: dic 64  
 andi cupis: dic 65  
 nem a deo postulas: dic 66  
 entum times: dic 67  
 itutus: dic 68  
 ripere uolentium: dic 69  
 deo derelictū iudicāt: dic 70  
 linēs i deo cōsoleris et dic 71  
 scandalizeris sed dic 72  
 tum/precare deum et dic 73  
 e ascribe fortunæ: sed dic 74  
 at in admirationem dic 75  
 bus psolationē cupis: dic 76  
 antiquis nosse uis: dic 77  
 solarunt: dic 78  
 uī optas: dic 79  
 celebritas adest: dic 80  
 aut delectui cōmissū: dic 81  
 z contra pios: dic 82  
 tio mācipatus es: dic 83  
 e attulit cogitas: dic 84  
 te retines: dic 85  
 optas: dic 86  
 s: dic 87  
 tus es: dic 88  
 dic 89  
 ligionem cupis: dic 90  
 postulent: dic 91  
 s esse purgatas: dic 92  
 temptores: dic 93  
 dic 94  
 ogitas: dic 95  
 ogitatio: dic 96  
 dic 97  
 ecipiunt: dic 98  
 dic 99  
 dum postulas: dic 100  
 ans te in deo: dic 101  
 ere uis: dic 102  
 lege laudare uis: dic 103  
 dic 104  
 dic 105  
 dic 106  
 m: dic 107  
 calumnias: dic 108  
 i cogitas: dic 109  
 R I S L J accedis: dic 110  
 dic 111  
 imaculati agni uenis: dic 112

Inrepatio malorum:  
 Oratio Christi z peccatū iudaeoz.  
 Lamentabilis oratio synagogæ.  
 Oratio fidelis populi ubiuis gentiū  
 Pia suscipius in deum exhortatio.  
 De cōtēplatione Christi in deserto.  
 De festiuata passione Christi.  
 De baptisimo z alimento nouæ legis  
 Inuitatio omnium ad dei cultum.  
 Petitiō uisitatiōis a Christo saluari  
 De resurrectione Christi z q̄ secuta sūt.  
 De afflictionib⁹ Christi z ritu nouo.  
 De reductione Christi ab inferis.  
 Q̄ Christus litteras non didicerit.  
 Q̄ omne iudiciū dedit pater filio.  
 De nemesi Christi.  
 De diuturna afflictione populi sc̄ti.  
 Confessio mirabilium dei.  
 Ubi Christus habitaret in terris.  
 Consolatio spūalis in tribulatione.  
 Q̄ Christ⁹ locut⁹ erat i parabola.  
 Figura persecutionis martyrum.  
 Postulatio apparitiōis xp̄i i iudæa.  
 Figura memoriæ noui sacramenti.  
 Confutatio synagogæ a Christo.  
 Figura belloz p̄tra populū sanctum  
 Desiderium supernæ habitationis.  
 De præscificatiōe uirginis Desparæ  
 Q̄ oēs gētes fidē sint pcepturæ.  
 De ecclesia Christi et regentis i ea.  
 De descensu Christi ad inferos.  
 Promissiones nobis factæ i Christo  
 De benignitate et potentia dei.  
 De tentatione Christi a diabolo.  
 Quānoxia et fragilia pctōz oblecta=  
 De regno Christi. (mēta.  
 Ultio et uindicta deo relinquenda.  
 Excitatio spūalis ad exultādū i deo.  
 Laudād⁹ de⁹ in factis nouæ legis.  
 De nouissimo iudicio et signis eius.  
 Mira nouæ legis narranda.  
 Inuitatio gentium ad lætitiā.  
 Inuitatio ad lætandum in deo.  
 Que cōuersatio Christi in terris.  
 Inuocatio dei in longa oppressione.  
 Gratiarum actio pro beneficiis dei.  
 De prouidentia dei.  
 Laus ueteris synagogæ.  
 Alia laus eiusdem.  
 Confessio ei⁹ et q̄dā Christi signa.  
 De prōptitudine z obediētia Christi  
 De blasphemis et Iuda proditore.  
 De sessione Christi i dextera patris.  
 De institutione uiuificæ eucharistiæ  
 De timore dei.  
 Hymnus Christi peracta cēna.

